DE DOCTORATVS DIGNITATE, DECORE AC AVCTORITATE.

IN CVIVS FINE RECENſentur ſimilitudines Antiquorum Romanorum Magiſtratuum cum ſupremis Magiſtratibus noſtri temporis in Regno Neap.

AVCTORE
IO. BERNARDINO MVSCATELLO .I. V. D. A' MORONO.

Eiuſdem iudicium inter vtramq; Militiam.

IESV*BIBL.SEC.COL.ROM.SOC.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEAPOLI,
Ex Officina Saluiana. Apud Io. Iacobum
Carlinum. Anno 15[illegible].

ILLVSTRI DOMINO ALPHONSO DE SALAZAR

CONSILIARIO A LATERE ET REGENTI REGIAM CANCELLARIAM.

IOANNES BERNARDI-nus Muſcatellus V. I. D. S. P.

CVM Superioribus annis dignitatem hanc aſsū pſiſſem, in tàm arduo diſcrimine, eius magnitudinem, et grau tatem expertus, cognitionis am exardeſcens, mecum exiſtima

ILLVSTRI DOMINO ALPHONSO DE SALAZAR CONSILIARIO A LATERE ET REGENTI REGIAM CANCELLARIAM.

IOANNES BERNARDInus Muſcatellus V. I. D. S. P.

CVM Superioribus annis dignitatem hanc aſsūpſiſſem, in tàm arduo diſcrimine, eius magnitudinem, et grau[illegible]tatem expertus, cognitionis am[illegible] exardeſcens, mecum exiſtima[illegible]

ab re, ſi eiuſdem quiditatem, decorem, ac auctoritatem, oſtendiſſem; ne paſsim harum ignorantia, et incognitione, quilibet temerè ad eam pro ſiliendo vileſceret. Vt igitur rei huius excellentia, et grauitas agnoſceretur, hanc parſimoniam, è noſtris legibus, DOCTORATVS DIGNITATEM DECOREM, AC AVCTORITATEM continentem recolligere ſtatui, tibiq; dicare, cui non modò, ob tui antiqui generis nobilitatem; ſed hac ſuprema dignitate adiuncta, Conſiliario à latere, et Regenti Regiam Cancellariam huius Regni tutela, à REGE NOSTRO PHILIPPO cōmiſſa eſt; non verebitur itaq; tui nominis ſplendore illuſtrata, et profunde eruditio- ... opia caſtigata in publicum pro-

Vale Neapoli.

IOAN-

IOANNES

BERNARDINVS

MVSCATELLVS LL.D.

DOCTISSIMIS

LECTORIBVS. S.

PErſuaderi mihi non poteſt (doctiſsimi lectores) vos libellũ hunc contempturos, cum, & uoſmet, ueſtrãq; dignitatem ſpernere laboraretis ; Verè tamen fateor inſcitiam, ac rudem dicendi modum, ità vt Gemma non fuerit ſuo decen

ti auro contexta: ſed ſicut ex pluribus ad ſignum, ſeu ſcopum certantibus, alij alijs propinquius tendunt, ac dirigunt; alij vero propitiori Marte ſignum ipſum, & ſcopum attingunt, & feriunt; ita ipſe, ad ſublime hoc ſignum tendens, credo non omnino aberraſſe, occaſionem, ac locum alijs ſtrenuis cõmilitonibus prębendo, ut verum ſcopum deſcribendi DOCTORATVS DIGNITATEM DECOREM, ET AVCTORITATEM *attingendo, condignã laudem ac honorem ſuſcipiant: Nec officiet quorundam audacia, dicentium, vt nos met, nos commendemus, & teſtimonium in re propria perhibeamus, contra illud prouer.* XXVII. *laudet te os alienum &c. et Io. c.* vij. *tu de te ipſo teſtimonium perhibes, &c. nam reſpondemus, quod ſi nos, nos met commendamus, laus ex veritate proficiſcitur, & non cõmen-*

men-

mendamus nos propter nos, ſed propter gloriam doctrinæ, & exaltationem dignitatis. vnde fertur Senecam dixiſſe Auguſto, tibi dico Auguſte, induere prætioſis non propter te, ſed propter honorem Imperij, & Apoſt. ad Corinth. 2. c. 3. fiduciam autem talem habemus per Chriſtũ ad Deum, non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt; & teſtimoniũ veritatis in eod. loco, & teſtimoniũ meum uerum eſt, & teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater. Ac teſtes quibus vtimur, numero (licet) paucis, ſed dignitate, & auctoritate maximis, non principaliter propter ipſos adducuntur; ſed propter rei veritatem, & gradus dignitatem, quæ dè per ſe, ſe ipſam commendat; poteram. n. adducere non nullos alios auctores, & iuris interpretes, de hac re in varijs codicibus confu-

 ſim

ti auro contexta: ſed ſicut ex pluribus ad ſignum, ſeù ſcopum certantibus, alij alijs propinquius tendunt, ac dirigunt; alij vero propitiori Marte ſignum ipſum, & ſcopum attingunt, & feriunt; ità ipſe, ad ſublime hoc ſignum tendens, credo non omninò aberraſſe, occaſionem, ac locum alijs ſtrenuis cõmilitonibus prębendo, ut verum ſcopum deſcribendi DOCTORATVS DIGNITATEM DECOREM, ET AVCTORITATEM *attingendo, condignã laudem ac honorem ſuſcipiant: Nec officiet quorundam audacia, dicentium, vt nos met, nos commendemus, & teſtimonium in re propria perhibeamus, contra illud prouer. XXVII. laudet te os alienum &c. et lo. c. vij. tu de te ipſo teſtimonium perhibes, &c. nam reſpondemus, quod ſi nos, nos met commendamus, laus ex veritate proficiſcitur, & non cõmen-*

mendamus nos propter nos, ſed propter glo riam doctrinæ, & exaltationem dignitatis. vnde fertur Senecam dixiſſe Augusto, tibi dico Auguſte, induere prætioſis non propter te, ſed propter honorem Imperij, & Apoſt. ad Corinth. 2. c. 3. fiduciam autem talem habemus per Chriſtũ ad Deum, non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt; & teſtimoniũ veritatis in eod. loco, & teſtimoniũ meum uerum eſt, & teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater. Ac teſtes quibus vtimur, numero (licet) paucis, ſed dignitate, & auctoritate maximis, non principaliter propter ipſos adducuntur; ſed propter rei veritatem, & gradus dignitatem, quæ de per ſe; ſe ipſam commendat; poteram. n. adducere non nullos alios auctores; & iuris interpretes, de hac re in varijs codicibus confu-

ſim tractantes, ne tamèn eſſem ipſorum exemplator, prædictis tantùm, qui legun tur contentus fui, quia, & quod prędi- cti ſcripſerunt, longè ante ipſos per me ad ducti, in alleg. locis digeſſerunt, ante omnes autèm exiſtimo fuiſ- ſe textus & glo. qui- bus ipſe magis credidi & inhæſi, vt libet proſpicere.

valete.

SVMMARIVM.

1 Cognitis quibus fruamur.
2 Cognitio quæ propria.
3 Scire per leges an ſit propriè.
4 Propriè tale quid dicetur.
5 Cognitionis, & non cognitionis effectus.
6 Circa id, quod quæritur quid obſeruandum.
7 Ad ſtudium quis propriè deputandus.
8 In ſubeundis oneribus quid obſeruandum.
9 Affectare non debet in quo quis non eſt idoneus.

CVM iis cognitis fruamur, in quibus voluntas condelectata quieſcit, ac ex ea fruitione amor oriatur, et dilectio, ex a-
1 more autem obſeruãtia decoris eius, quod aſſequimur, vt per Tull. lib. 1. offi. nulli dubium, potiſsimùm circa cognitionem eſſe elaborandum.
2 Cognitio vero proprie fit definitione eius, cui, ſe, quis applicare intẽdit per partes ſubſtantiales, intrinſecas, et extrinſecas, vt per eund. in Topic. nam proprie ſcire eſt per cauſſas, et ratio-

nes cognoſcere, vt eſt vulgare philo-
ſoph. et per Iuris Conſ. noſtros in.l.ſci
re leges.ff. de leg. interpretatur enim
ibi dictum Celſi, vt ſcire leges non ſit
earum verba, ſed vim (id eſt) mentē,
et ſenſum, mens autem legis ratio eſt
vt in.l.ſi mulier.ff.ſol.matr.et ibi Doct.
3 et Din.in.c.fi.de reg.iu. i.6.et facit tex.
in.l. 2.ff. de iur.et facti igno. cum aliis
alleg. per Bart. in .l. admonendi.nu.
17.ff.de iur.iur.et illud dicitur proprie
tale, quod ex definitione habetur, vt
per Bald. in .l. non ſine .C. de boniſq;
lib. cum ſimil. alleg. per Docto. in.l.
4 omnis definitio.ff. de reg. iur. ac pro-
pterea doli definitio per Seruium tra-
dita nō fuit recepta: quia non omnes
cauſas reſpiciebat, ſicut proprie fuit
deinde definitus per Labeonem, vt in
l. 1.ff. de dolo, et habetur in.l. 1.ff.de
teſtā. et inſtit. de oblig. in prin. cum
aliis

aliis alleg. per Bart. in.l.omnes popu-
li, verſ. quæro vnde.ff. de Iuſt. et iu.
Ex hocq; euenit, vt ſicut ex defini-
tione cognitio, ex cognitione fruitio,
5 ex fruitione amor, et dilectio, et con-
ſequenter, ex dilectione decoris ob-
ſeruantia; ità ex non quæſita rei defi-
nitione, et ſic ignorantia, et non co-
gnitione rei, quam quis aggredi deſi
derat, abiectio, deſpectus, contẽptus,
ac negligentia ſuccedant; hocq; ex ar
rogantia, et temeritate rem aggrediẽ
tis, ſi enim quiſq; id quod de ſe ſentit
negligendo, arrogans, ac omnino diſ
ſolutus reputatur, vt per eund. Tull.
in.d. 1.lib.offi.quantò magis de ſe nil
ſentiendo? igitur cùm quis quid quæ
6 rat, prius circa id Naturæ regula ſtu-
dium ſuum metiri debet, namq; non
attinet Naturæ repugnare, nec quic-
quã ſequi, quod aſſequi nequit, cùm
nihil

nihil deceat inuita Minerua, vt per eund. in d. 1. lib. et Horat.

Tu nihil inuita dicas, faciaſuè Minerua.

Sic etiam nos in noſtris legibus habemus, culpam eſſe immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti, vt in. l. culpa eſt ff. de reg. iur. et in. c. non eſt ſine culpa. eod. tit. in 6. vbi glo. et Docto. in ſpecie inſurgunt cõtra eos, qui ſe Doctores, et in iure peritos dicunt, cùm tamẽ, et Ciuilis, et Canonici iuris ſint ignari, vt propter imperitiam teneantur, vt infra latè dicã, ac ideò inquit tex. in. c. fi. extra de mag. et ibi Abb. ſub num. 1. quod docibilis tantùm

7 eſt deputandus ad ſtudium, nec obſtare Naturæ: nam quiſq; eſt deputandus ad ſtudium pro vt patitur ingenium, et Natura ſua expoſtulat, ad quod multùm debent attendere parentes, ne ſe ipſos, et filios ſuos inanibus

bus ſumptibus vexent, ac Gregorius Fyagrio Epiſcopo reſcripſit, vt quiſquis ſacerdotium adipiſci deſiderat, prius vires ſuas, cum eo quod eſt ſubiturus onere metiatur, et ſi eſt impar

8 abſtineat, vel ſi ſe ſufficere exiſtimet, id ſuo decore conſeruare nitetur, ut in. c. non eſt putanda. 1. q. 1. vbi glo. refert verſus Horatii.

Sumite materiam ueſtris, qui ſcribitis æquam.
Viribus, & uerſate diu, quid ferre recuſent.
Quid ualeant humeri &c.

Et ſimiliter Vlpi. in. l. paupertas. ff. de excu. tut. et Caius in. l. idem iuris. §. 1. ff. ad leg. Aquil. dum ait, *Quòd*

9 *non debet quis affectare in quo, uel intelligit, uel intelligere debet infirmitatem ſuã aliĳ periculoſam futuram;* Et quod ibi not. Bald. Vndè dicitur, quòd qui

male

malè ſedet iniuriã facit Cathedræ, vt 40. Diſt. c. fi. et ſignanter ad hoc facit tex. in .l. 1. ff. de poſt. vbi dicitur. *Prętorem Dignitatis tuendę, & Decoris cauſa illud edictum propoſuiſſe, nę paſsim, & ſine delectu apud ſe poſtuletur*. Vnde ego Ioannes Bernardinus Muſcatellus. I. V. D. minimus, vt oſtenderem, quam ingens in me ſemper fuerit amor huius ſanctiſsimæ ſcientiæ, ac quem effectum eius fruitio cõpleuerit, breuem hanc parſimoniam ſub Illuſtris mei Domini Alphonſi de Salazar Conſiliarii à latere, et Regentis Regiam Cancellariam præſidio tradere (Deo auctore) ſtatui, q̃ vt etiã dignè doctiſsimis lectorib⁹ cõnubio offeratur, hunc titulum pro dote tradet, humilitatis velamine operta, Doctoratus Dignitatem Decorẽ, atq; Auctoritatem oſtenſura.

IOAN-

IOANNIS BERNARDINI MVSCATELLI. I. V. D.

PRIMA PARS DE DOCTORATVS ORIGINE.

SVMMARIVM.

1 ORigo, & principium ante omnia quærenda.
2 Doctoratus Dignitas vnde deſcendat.
3 Legis ſcientia perfectiſſima.
4 Legis Prouidentia circa omnia.
5 Legis ſcientia quas Philoſophiæ partes habeat.
6 Legis prouidentia circa temporalia, & ſpiritualia.
7 Legis particularis prouiſio circa hominem.
8 Legis prouiſio circa hominis conceptionem.
9 Tempus quo infunditur anima in fæminis, & quo in maribus.
10 Effectus imaginationis in conceptione varii.
11 Filius Ethiops natus ex imaginatione.
12 Legis prouiſio tanquam obſtetrix.
13 Mulier quot liberos poſſit parere.
14 Legis prouiſio circa hominis educationem.
15 Filius qui apud patrem, & qui apud matrem alendus.
16 Legis prouiſio circa hominis mores, & ſciētias.
17 Scientiæ, & boni mores ſupra omnes diuitias.
18 Magiſtri, & præceptores, qui inueniri debent, & quæ prius edocere.
19 Hominis variæ ætates.
20 Legis variæ prouiſiones circa has ætates.

21 Le-

21 Legis prouiſio circa animi motus.
22 Legis prouiſio circa hominis mortem.
23 Teſtator moriẽs abſq; hærede afficitur iniuria.
24 Teſtatoris voluntatem non adimplere eſt delictum.
25 Hæres tenetur vendicare mortem defuncti.
26 Legis prouiſio de hominis ſepultura.
27 Funeralia qualiter facienda.
28 Legis variæ definitiones.
29 Legis prouidentiam eſſe in homine, vti ratio ad ſenſum.
30 Per quot annos debet quis profiteri in legali ſcientia, & in aliis.
31 Scholaris vagabũdus non debet prætendere Doctoratum.
32 Quæ ſint ſeruanda à ſcholare antequam petat Doctoratum.
33 Noſcens ſe indignum Doctoratũ, & petẽs quod peccatum commictat.
34 Scholaris debet ter examinari, antequam doctoretur.
35 Conſuetudo Collegii Neap. in hoc examine
36 Quæ diligentia adhibenda in dicto examine.
37 Legalis ſcientia non debet vendi
38 Boni,& Idonei Doctoris effectus, eiuſdẽq; mali
39 Aduocato imperito quæ contumelia opponẽda
40 Aduocati primitus examinabantur
41 Iudices,& Aſſeſſores tenentur ex imperitia
42 Quis ſit promouendus ad officia
43 Doctor peritus quæ ſeruabit, & è, contra imperitus, & malus
44 Conferre Doctoratum temerè, eſt periculoſum & pernicioſum
45 Pulchra conſideratio in l. Magiſtros. C. de profes., & medic.
46 Circa maiora maiori diligentia curandum.

47 Po-

47 Poteſtas doctorandi, an delegabilis
48 Scholaris approbatio qualiter facienda
49 Indigno conferens Dignitatem punitur in Vtro que foro
60 Indignus habens Dignitatem Dicitur ſcandalũ.

MOre igitur Iuris conſ.in.l. 1 .ff de Iuſtitia et iure tractatu rus de Doctoratus Digni-
1 tate, Decore, atq; Auctoritate, prius in ſpiciam vndè prædicta deſcendant; origo.n. et principium cuiuſque rei antè omnia quærenda ſunt, vt per Ca ium in.l. 1 .et 2.ff. de origi.iur. Et quidèm cùm ex ſcientia ſanctisſimarum Legum, Doctoratus Dignitas deueni
2 at, primo aliquid de ipſa ſcientia refe ram. Legalis itaquè ſcientia inter alias perfectisſima eſt, cùm conſtet ex
3 omni ſui parte, vt per eund. Caium in d.l. 1 .ff.de iuſt.et iu.non ſolùm.n.prouidet generaliter circa mundum hũc

materialem in his quæ fiunt Terra, Mare, Aere, et Igne, vt per eund. in. l. 1. in fi. ff. de acq. rer. dom. et inſti. de rer. diuiſ. §. 2. et. ff. de incendio. rui na. et naufr. et ad leg. Rod. de iactu.
4 l. imperator. cum ſimil. ſed etiam ge neraliter, et particulariter circa paruum hunc mũdum, Hominem, græ cè Mycrocoſmos: generaliter, nàm ſupponitur æthicæ, ut in Aut. de nupt. in prin. in. l. i. C. de ſecu. nupt. et Vlp. in. d. l. i. ff. de iuſt. et iu. dixit, *Veram, ni fallor Philoſophiam ſectantes*, Idque ex ſponitur, id eſt, moralem ſcientiam; ac propterea ſicut moralis ſcientia ſecundùm Philoſ. diuiditur in Monaſticam, æconomicam, et politicam, vt per Ariſt. qui compoſuit tres libros particulares de prædictis, ità
5 hæc legalis ſcientia habet tres dictas partes

partes; habet primo Monaſticã; quæ tractat qualiter quis debet ſe ipſum regere, ut in. §. ideoq;. in Procœm. De cret. in. l. iuſtitia. ff. de iuſt. et iu. et inſt. eod. tit. §. iuris. ibi, *Honeſte uiuere* Secũdo habet æconomicã, quæ tractat qualiter quis debet regere ſuam fa miliã honeſte, et virtuosè, ut ibidem habetur, ſilicèt; ***Alterum non lædere.*** Tertio habet politicam, quæ tractat de regimine Ciuitatum, et hoc ibidẽ in alio præcepto, ***Ius ſuum unicuiquẽ tribuere.*** hæc etenìm ſunt iuris præce pta, ſubiectum, et fundamẽtum legalis ſcientiæ, videlicet. vt Honeſte viuatur. Alter non lædatur, et ius ſuum vnicuiq; tribuatur, vt. d. §. ideoq;, et §. iuris, et. l. iuſtitia. ff. de iuſt. et iu. et facit tex. in. l. congruit. ff. de off. præ ſid. et. in. c. 1. de off. ordin. et per Abb.

in.d.Proœm.Decret. Ad quæ tria præcepta,tanquam ad ſcopum omnium virtutum, et perfectionũ,omnes aliæ tendunt, et diriguntur, ſub eis. n. prouiſiones continentur; non tantùm circa tẽporalia, vt in.l. legis virtus.ff. de leg.verum etiàm circa ſpiritualia,
6 vt de ſacra theologia,cùm in corpore iuris omnia reperiantur,vt per glo. in prin.inſt.de iuſt.et iu. et d.l. iuſtitia et in titulis particularibus de ſumma Trinitate,et fide Cattho.De ſacro ſanct. Eccleſ. De Epiſcop. et cler. et de Sanctiſſ. Epiſco. cum ſimilibus.Vnde iuris conſ. in. d.l.i.ff. de iuſt. et iu.dixit, legum præceptis,ac ſciẽtiis imbutos Sacerdotes appellari, et proindè dicimus legem generalem, vt.l.iura.
7 ff. de leg. et C. eod. l. 3. At etiàm particulariter, hominem eo modo concomita-

comitatur, ut vlla ſit eius actio, ſiue paſsio, quæ non ſacrarum legum, vel diuinorum Canonum præceptis obſtricta non reperiatur; ſi. n. primo
8 de hominis conceptione quæramus, quantam de ea, noſtri Iuriſper: rationem habuere? Martianus in. l. et ſeruorum. ff. deſta. hom. ait, quantum ad hominis libertatẽ pertinet, ſufficere, matrem in conceptione fuiſſe liberã; Paulus in. l. ſi quis aliquod. §. abortionis. ff. de pen. multum intereſſe (ait) an animatum, vel non animatum corpus interimatur. Idem Martianus in. l. Diuus. ff. de extr. crim. Canoniſtæ referunt in hoc legem Moyſi. 32. q. 2. c. quod verò, et. c. Moiſes. cũ ſeq. in quibus agitatur illa quæſtio, vtrum quid quid formatum non eſt, nec animatum quidèm dici poſsit; et ſubti-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

liter diſputatur, quando animi ſit formata vel ne, ad finem, vt poſsit dici homicidium, ad quæ facit tex. in.l. Cicero. ff. de pen. et tex. Diſt. v. in ſumma, vbi glo. in verbo quadragin-
9 ta, notat tempus quo infunditur anima in fœminis, et quo in maribus; ſimiliter gloſſæ dixerunt in.l. non sũt liberi.ff. de ſtatu hom. & in.l. quæret ff. de uerb. ſigni. liberos multoties naſci diſsimiles parẽtibus vultu, ex imaginatione, quam Matres in conceptione habuere; Hincq; Docto. in .l. quod dicitur & in.l. gallus.ff. de lib.& poſt. & in d.l. non ſunt liberi, referunt
10 non nulla exempla ſcitu digna, ac inter alia, Diuum Hieronymum repeñiſſe ſcriptũ in libris Hippocratis medici, mulierem quandam fuiſſe de adulterio accuſatam, eò quod filium

vtriq;

vtriq; parenti, & toti generi diſsimilem peperiſſet, & deinde fuiſſe abſolutam, quia in cubiculo inuenta fuit pictura quædam filio ſimilis, ad cuius imaginem mulier cogitans conceperat. Idem referunt de muliere, quæ
11 æthiopem peperit, ex eadem imaginatione liberata, ac demum quod legitur Gene. c. xxx. Iacob. nouam naturæ artem inueniſſe, vt ex vnicoloribus gregibus, varii coloris naſcerentur, ponendo virgulas varii coloris in canalibus, vt tales fœtus conciperent; quales vmbras, quæ variæ erant aſpicerent; atq; de iſta hominis conceptione in multis partibus iuris noſtri ratio habetur, vt in tractatu de poſtu. de hæred. inſtitu. & de ſucceſſ. & ſimil.

Similiter, & Secũdo, homo ita cõceptus, nõ ſic cito natus eſt, quàm diui-

12 næ legis prouiſio, vti diligens obſtetrix occurrit, reſpiciendo, an ſit naturaliter natus, vel ſectus, iuxta tradita per Vlp. in d. l. quod dicitur. ff. de lib. & poſt. an habeat formam humani generis, an declinet ad monſtrum vel prodigium, an ſit integrum animal, iuxta ſententiã Pauli in d. l. non ſunt liberi. ff. de ſta. hom. & Vlp. in. d. l. quæret, & in. l. oſtentum. ff. de verb.
13 ſigni. Atq; quot filios mulier poſsit parere, tres, quatuor, quinque, ſex & deinceps, vt mirabiliter Paulus in. l. antiqui. ff. ſi pars hęredit. & in. l. Arethuſa. ff. de ſta. hom. Nec non homi-
14 ne nato, ſtatim ſacro ſanctæ legis prouiſio circa ipſius educationem, ad quam licet naturali iure, & ſanguinis charitate imppellamur, vt Diſt. 1. c. ius naturale, & in ſt. de iure nat. in prin. &

35.q.i.c. cum igitur, verſ. copulatio ergo &c. tamen legum etiam, & canonum præceptis aſtringimur, vt in toto tractatu de lib. agnoſ. & ſpecialiter in.l. ſi quis à liberis.§. cum ex æquitate; præcipiendo, vt ſi ſit trimus apud matrem, poſt apud patrẽ. l. nec filiũ.C. de patr. poteſt.c.2.extra.de cõuerſ. infid. notatur in.c. cum haberet extra de eo qui duxit in vxorẽ quam polluit &c. vnde glo. in d.c. 2. ponit verſus.

15 *Mater alit puerum trimum, trimoq; minorem.*

Maiorem verò paſcere patris erit.

Hocq; de iure canonico indiſtinctè in quolibet filiorum genere, cum ex æquitate ſicut & ipſa alimẽta deſcendat, vt.v. Diſt.§.i. & 86.Diſt.c.paſce, cum ſimil. de iure vero ciuili diſtingui-

ſtinguitur, vt in Aut. licet. C. de nat. lib. & ibi per Doct. Pariter poſt educationem, ſacro ſancta prouiſio de ipſius inſtructione circa mores, & ſcientias, ut ſi patrem habeat ipſe filios ſuos verbo & exemplo ad uirtutum ſtudia prouocet, ut 47. diſt. c. ſicut ii. §. neceſſe eſt, & xxxvij. Diſt. c. legãt. c. 1. extra de mag. l. ſi paterno. C. de neg. geſt. ſin vero patrem non habeat, dantur ei tutores, & curatores, ſub quorum auctoritate reguntur, vt late in tract. de tut. & cur. qui quidem ſimiliter tenetur eum inſtrui facere, circa mores, & ſcientias l. qui filiũ. ff. vbi pupillus. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admi. tut. l. magiſtros. C. de profeſs. & med. lib. x. ſunt. n. boni mores
17 & ſcientiæ ſuprà omnes diuitias eligẽdæ. l. ſcire oportet. §. cũ reliquis ff. de tuto-

tutor.& curatorib.dat.ab, &c. & circa hoc, etiam modum adhibuit, nã magiſtri, & præceptores inueniri debent qui moribus prius, deinde ſcien
18 tia excellant.d.l. magiſtros &.l.1.C.de profeſſ. qui in vrbe lib. xii. glò.in proæm. inſt. in.§. cumq; hoc; qui magiſtri edocere habeant ea prius, quæ ad animarum curam, & ſalutem cõferunt, vt in.c. quia nõ nulli, extra de mag. & alias ſcientias deinde, quibus pueri vtiliter inſtruuntur, ac non improbantur, vt.37.Diſt.c.ſacerdotes & l. vnica.C.de ſtud. lib. art. nec ingredi eas ſcientias, quæ ſenſus obſcuritates, ac mentis vanitates ſunt, vt ead. Diſt.c. non ne vobis, cum ſimil. Atq;
19 iuris conditores circa hominis ætates quam rationem habuere? diſtinguendo infantiam, pueritiam, pubertatẽ,

adoles

adoleſcentiam,iuuentutem, virilitatē
ſenectutem, ac decrepitam ætatem
& in omnibus prædictis ætatibus,vari
20 is prouiſionibus prouidit,ne deterior,
ipſius hominis conditio fieret, in per
ſona vel in rebus, vt in.l. ſi infanti.C.
de iure delib.l. mulier.ff. de verb. ob-
lig. inſt. de inutil. ſtipul.§. puppilus,&
ibi glo.l. pupillus.ff.de acqui. hæred.l.
pupillus, & l. pupillum.ff. de reg. iu.
glo. & Bart. in.l.1.ff. de nouat.& de ali
quibus coniunctim, refert Emilius
Iuriſcon. in.l. hæreditatū.ff. ad leg. fa-
lci.particulariter tamen,vt homo per
fectum habuerit intellectum, quod
eſt in xxv. anno.l.1.ff. de mino. non ſo
lum agere, vendendo, emendo, locā
do, conducendo, nubendo, & aliis
modis,quibus agit,ſed etiam pati pro
hibetur;ne ſe obliget, ne delinquat,

ne vè aliis modis quibus homo obligatur, ac patitur, vt in toto iuris corpore diffuſim habetur.

Nec non legis prouidentia, non ſolum reſpicit ea, quæ homo extrinſe-
21 cus operatur, ac patitur, ſed etiàm animi motus, ac paſsiones, vt in quæſtione an puniatur affectus, vt in .l. ſi quis nō dicam.C.de epiſ.& cler. Vlp. in.l. cogitationis.ff. de pen. & in.l.qui ea mente.ff. de furt. adeò quod Claudius Saturninus in .l. aut facta. ff. de pen. dixerit, latronum conſcientiam
22 puniri. Et quid de morte? vt dum homo finem vniuerſæ carnis ſit ingreſſurus, vt id, quod poſt mortem ſuam fieri voluerit adimpleatur, vltimam ſuam voluntatem relinquat; quæ teſtamentū nuncupatur.l.i.ff.de teſta.in quo, ne decedendo abſq; hærede, ei

iniu-

iniuria afferatur, vt in. §. 1. infi. inſt. quibus ex cauſis &c. ſuos hæredes, vel inſtituat, vel exhæredat, alios inſtituendo, vel ſubſtituendo ad ſui libitum, vt de exhæred. lib. inſt. in princ. l. i. ff. de hæred. inſtit. & toto tractatu de ſubſt. qui inſtituti, vel ſubſtituti, poſsint defuncti vltimam voluntatem, per legata, vel fidei commiſſa, eo modo, quo ipſe diſpoſuit adimplere, adeũdo ipſius hæreditatem, ut. ff. de acqu. hæred. & de leg. & fidei com. cum teſtatoris voluntas tanquam lex ſit ſeruanda, in Aut. de nupt. §. diſponat, & eã nõ adimplere ſit delictum, vt in Aut.
24 hoc amplius. C. de fidei comm. At ſi quando noluerit, vel quia non potuerit, teſtamentum ſeu vltimam voluntatem, non confecerit, legis prouiſio dat ei hæredes, ſeruata gradus

præro-

prærogatiua inter aliquos, vt in tit.
inſt. dehæred. quæ ab inteſt. defer. l.
i. ff. de in iuſt. rupt &c. & de ſuis, & le
25 git. cum ſimil. Et ſi cōtingerit teſtato-
rem non naturali morte periiſſe, ſed
violenta peremptum, hæres ōmittens
debitum pietatis officium, non vendi
cando ſciens mortem defuncti teſta-
toris (legitimis tamèn iuris remediis)
priuatur hæreditate, & ad fructus cō
demnatur, vt in. l. hæredem. ff. de his
quibus vt indign. & C. eod. l. i. & facit
tex. in. l. i. C. de precib⁹ imp. offer. De
mùm quid intactum reliquit sāctio
ſancta prouiſio, circa huius parui mū
di prouidentiam, & neceſsitatem? nā
poſt iam dicta de hominis ſepultura
prouidendum remāſerat, ac ideo de
26 ſepulcro, ac monumento, mortuo ho
mini, particularem, ac decentem pro
uiſio-

uiſionem fecit, præcipiendo, vt legatarii, hæredeſuè ſcripti, vel legitimi, pro facultatibus, ac dignitate defun-
27 cti funeralia facere tenerentnr. vt l.1.
2. per totum tit. & ſpecialiter in. l. ſi quis ſepulcrum.§. funus.ff. de relig.& ſumpt. fun. & toto tract. de mortuo corpore inferendo.

Hinc multi Iuris periti, & Philoſophi, variis difinitionibus extulerunt legalē ſcientiā, nam Pap. libro primo defin. dixit in hec verba. *Lex eſt comune preceptum,*
28 *virorum prudentium cōſultum, delictorum quæ ſponte, vel ignorantia contrahuntur coertio, communis rei publicæ ſponſio.* Ac Demoſthenes orator ſic definiuit. *Lex eſt cui omnes homines decet obedire, cùm propter multa & varia, tùm maximè, quia omnis lex eſt inuentio quædam, & Donum*

Dei,

Dei, Decretum autem hominum ſapientum, correctio autem voluntariorum, & non voluntariorum, peccatorum; Ciuitatis autem comunis compoſitio, ſecundũ quam omnes decet viuere, qui in Ciuitate ſunt. Similiter Chryſippus ſummus Philoſophus, & Stoicus ſapientiſſimus ſic definiuit. *Lex eſt omnium humanarum, & diuinarum rerum Regina oportet autem, eam etiam præſidere, & bonis, & malis, & Principem & Ducem eſſe, & ſecundum hoc regulam eſſe iuſtorum, & iniuſtorum, & eorum quę natura ciuilia ſunt animantium, præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix autem non faciendorum.* Similiter alii multi, & varii ſapientes, variis modis definierunt, & extulerunt, de quibus per glo.in.l.2.in fi.ff.de leg. Ex his autem definitionibus, & aliis colligi-

tur, legis prouidentiam eſſe in homi-
ne, vti eſt ratio ad ſenſus, & appetitus;
29 ſicut enim ſenſus, & appetitus, homi-
nem huc, atque illuc, impellentes,
& rapientes, ratio docet, & explanat
quid faciendum, fugiendum ve ſit, vt
per Tull. in .d. 1. lib. offi. ità lex ratio-
nis, atq; iuſtitię habenis, in effrenato
equo appetitus, & hominis ſe uſuum;
nunc imperat, modò vetat, modòq;
permittit, ac modò punit, vt in l. le-
gis virtus, ff. de leg. & l. leges la. 3. C.
eod. & ob id Vlp. in l. 1. §. & quidem. ff.
de var. & extr. cogn. dixit. *Quod Ciui-
lis ſapientia res ſanctiſsima eſt*;
Huic igitur ſanctiſsimæ ſcientiæ ſi
quis ſe applicauerit, debet in ea con-
30 tinuè profiteri per quinq; annos, vt in
Proœm. ff. §. ſed quia ſolitum &c. §. fi. &
in l. iubem⁹. §. nec de cætero. C. de ad

uoc.diu.Iud. notat glo.ſi,in Conſtitutione Regni Aduocatos; ubi Afſl. & idem in Conſt. quia nunquã nu.1. & 2.ubi etiàm ponit de ſcholari in iure canonico, & in theologia, & medici-
31 na: & dixi continuè, quia ſcholaris uagabundus, non poteſt, nec debet prætendere Doctoratum, ut per Bart. in .l. 1. C.de tiron.lib. 12. debet itaq; ſcholaris, qui per quinquennium profeſſus fuerit, ſi ad Doctoratus faſtigium,ſe promoueri deſiderat,pri
32 us bene ſe ipſum examinare, & ſi ſe idoneũ cognoſcat, petat, ſin uerò nõ idoneum, abſtineat, nam cum gradus Doctoratus, hodiè ſuſcipiatur in Eccleſiá Archiepiſcop. Neap. ſi indignè, & noſcens ſe non idoneum peti erit, inter alia mala,ad quæ ſe præci-
33 pitat, principaliter incurrit in pecca-

tum præſumptionis, ut not. 3.q.2.c. cum gratia & not. Abb. in. c. cum Eccleſia in fi. extr. de immun Eccleſ. & quod not. in Cle. 2. ext. de mag. nō. n. ad hunc gradum ſunt adhibendi, qui inani militiæ nomine inania lucra ſe ctantur, ſed qui neceſsitudinem doctoratus, ſollicitudinibus debitis exequantur. l. per illiricum, C. de cohort. lib. 12. ubi Lucas de penna.

Ac proinde Docto. dixerūt quòd antequàm quis adipiſcatur gradum Doctoratus, debet ter examinari & trinam approbationem reportare
34 Primo. n. debet examinari à Doctoribus præſentantibus ut. l. nemini. C. de aduo. diu. iud. Secundo à Doctoribus in priuato examine; Tertiò in examine publico, ita not. in d. l. magiſtros C. de profeſſ. & med. & in. l. 1. C. de At

leg.lib. 10.ubi Bart.& Abb.in.c. cum ſecundũ nu.14 ex. de Præben. Con-
35 ſuetudo tamen habetur in almo Collegio Neapo.vbi ego gradum aſſum pſi,vt tantum bis examinetur; Primo à Doctoribus punctuantibus; ſeu tentantibus (ut aiunt) Secũdo à toto Collegio, cum gradum aſſumit. Rigoroſum tamen, & verè tremendum, decet eſſe vltimum hoc examen, cũ ex eo,mediante cetu doctiſsimorum Doctorum Curialium, & vice Magni Cancellarij conſensu aſpirante, iuxta tradita per Bart.in.l.ſi quis,& d. l. magiſtros.C.de prof.& med.approbationem, vel reprobationem honorem, vel infamiam, vitam; vel mortem, recepturus ſit. Nec hic ſileam exactiſsimam diligẽtiam, qua
36 dictus vice Magnus Cancellarius vti

tur in hoc examine, ne ſcholaris pecunia forſan tentaſſet dignitatem hanc emere, cùm ſuis uiribus ad eam ſcandere non confideret, vt ſcilicèt iuſiurandum deferatur, quo ſcholaris conſcientia oneretur, ne vel pecunia, vel amicitia, in materia ſibi familiari ſit punctuatus, iuxta dicta per Abb. in d.c. cum ſecundum, extra de præb. in fi. Sed in hoc hominum nequitia ſæpè inexcogitatos modos adhibet, quibus veritas deprimatur.

Quid non mortalia pectora cogis.
Auri ſacra fames. &c.

Et licèt nulla ſciētia debeat vendi iuxta illud, gràtis accèpiſtis, gratis date. c. 2. extra de mag. 1. q. 3. c. non ſolū
37 &c. c. ſi quis epiſcopus; ſcientiā. n. quæ eſt donum Dei vendentes, vt 16. q. 1. c. reuertimini, venditores ſunt colum

barum

barum in templo, vt.d. iuribus: Tamē ſpecialiter hæc ſāctiſsima legalis ſcientia pretio nullo extimanda eſt d.l.1.§.& quidem.ff.de var. & ext. cogni. Talia namq; patrātes, Dei, & ipſorum conſcientiæ inimici, Patriæ vaſtatores, homicidæ, latrones, ſūt repu
38 tandi; ſicut.n.bonus, & idoneus Doctor, ex præſumptione gradus, aſſumptus ad publica officia, lumen erit Patriæ, & Reipubli. ornamentum, oppreſſorum leuamen, vt.l.Aduocati & l.laudabile.C.de Aduoc.diu.iud.ac iuris præceptis imbutus, ius ſuum vnicuiq; reddendo, ſanctus tamquàm ſacerdos reputandus, d.l.i.ff. de iuſt.& iu. ità proptèr imperitiam, malus, & iniquus, Patriam deuaſtabit, uti homicida, homines ſub prætextu iuſtitiæ necabit, latro publicus, ex ſui ani-

mi paſsione, nulla ratione munita; patrimonia, & aliorũ diuitias auferet; ad quæ faciũt dicta per Abb. in.d.c.cũ ſecũdũ nu. 12. & tex. in.l. iuſtiſsimos.C. de offi. recto prou. Nec multum in hoc puto eſſe elaborandum ad particularia loca, cum nihil boni ex ignorantia ſuccedat omniũ malorũ matre, vt 38. diſt.c.i.& faciũt aducta per Affl. in Conſt. vt vniuerſis.n. 51. in quĩto requiſito; ac proinde in genere ſuo vnus quiſq; vel extollitur, vel vitupe-
39 ratur vt.d.l. iuſtiſsimos. & Aduocato imperito opponitur contumelia Seruii Supplitii, Turpe eſſe, ius in quo quis verſatur ignorare .l. 2. §. ſeruius autem.ff.de orig. iu. & hi multoties dum poſtulant in depredationem incidunt, vt in.l.ſi qui.C. de poſt. & per Affl. in Conſt. Aduocatos, vbi ponit

omnes

omnes errores Aduocatorũ ſunt ete-
nim multi in hoc genere,qui inſignia
Doctoratus ad hoc exercent, vt indi
gnis iniuriis exiſtimēt afficiēdos eos,
qui officia cum poteſtate moderan-
tur; qui quidem grauiter ſunt punien
di, vt ait Imp. in.l. potioris.C. de off.
Recto Proũ. Et ideo primitus Aduo-
cati non poterant exercere officium
40 aduocationis,niſi fuiſſent decēter exa
minati, & inſtructi reperti, vt d.l. ne
mini.C.de Aduoc. diũ. Iud. Similiter
de Aſſeſſoribus, & iudicibus, qui ra-
tione iniuncti officii,debent eſſe peri
41 ti, & ex imperitia tenentur; vt in Aut.
de Iudi.in prin. Docto.in.l. conſilii.ff.
de reg.iu.& comuniter in.l.hoc edi-
cto.ff. quod quiſq; & in.l.qui iudex ff.
de var.& extr.crim.in ſpetie Abb.in.c.
ſicut dignũ, & .c.tua nos n. 3. extra de

hom-

homicid.inſurgit contra conſiliarios, qui malè conſulerint, vt in foro conſcientiæ teneantur ad reſtitutionem, & ex tex.in l.illicitas.§.ſicut.ff.de off. præſid.& Bald.in.l. ſed & reprobari, in princ. per illum tex.ff.de excu.tut. dixit, quod ſi Aſſeſſor reperiatur imperit⁹ poterit reprobari, & facit quod not.in Rubrica.ff. de offi. Aſſeſ. ac
42 ideo dicitur in Aut.de monach.§.ordinationem, vt ad officia promouendus habeat virtutem ſuffragantem, quomodo.n. imperitus ſeruare poterit Prouidentiam, de qua in.l.illicitas, cõgruentiã, ac ſollicitudinem, de qui
43 bus in.l.congruit, diligentiam, de qua in.l.Diuus; Prudentiam, & conſtantiam, de quibus in.l.obſeruandum.ff. de offic.præſid.temperãtiam, de qua in.l.reſpiciendum & in.l. hodie.ff. de pen.

pen. æquitatem de qua in.l. quod ſi ephesi.ff.de eo quod certo &c. & toto tit. quod quiſq; iuris; fortitudinem de qua in.l.reddatur.C. de profeſſ. & med.lib.X. fidelitatem, atq; alias animi dotes, quibus Doctores præexcellere debẽt, vt p Bart.in.d.l.magiſtros. C.de prof.& med. Afſl. latè in.d.Cõſt. vt vniuerſis.Ac proinde Imper.in. d.l. magiſtros, dùm loquitur de ijs, qui Doctoratum deſiderant, vt ſint probati iudicio ordinis &c.videns quàm
44 fore periculoſum, atq; pernitioſum temerè proſilentibus, ac indignis, dignitatem hanc conferre, dixit in hæc verba. *Sed quia ſingulis Ciuitatibus ipſe adeſſe non poſſum Iubeo &c.* Quibus verbis oſtendit, propenſum ſui animi deſiderium, conferendi ipſe perſona-
45 liter dignitatem hanc, quaſi diceret,

Sed

Sed quia ſingulis Ciuitatibus ipſe adeſſe non poſſum. Scilicèt vt opus eſſet,& de ſidero, pro rei conferendæ grauitate periculo, ac qualitate, Ideo iubeo &c. ex paucis, quę ipſe in immẽſo iuris pelago legi, nunquam reperi Imperatorem aliquem, dum ſuæ perſonæ vicem delegaret, his verbis vſum fuiſſe quibus certè annotuit rei, conferendæ grauitatem, ac modi conferendi
46 periculum; nam circa maiora, maxima diligentia curandum, cum in eis maius adſit periculum, vt 42. Diſt.c. quieſcamus, ac propterea cautius agẽdum.l.i.ff.de Carb. ed.glo.pulch.in.fi. c.vlt.extra de off. Iud.dele. in verbo, & perſonaliter,& extra de Elect.c.vbi periculum,& ea quæ notabilia ſunt ſpecialiter ſunt nominãda.l.itẽ apud §.hoc edictum.ff. de iniur. eaq; quorum

rum curam agimus ſpecialiter nomi namus.l.3.§. miratur.ff.nautæ caup.
47 &c. ac propterea dicerem, poteſtatẽ Doctorandi non poſſe delegari,ex regula.l.i.ff.de offi. eius,cum ſimil.

Studeant igitur huic rei præpoſiti approbationem ſcholarium ità ſanctè, & congruenter facere, vt deinde iuxta deſiderium Imperatoris, non
48 temerè, ſed iuſtis, non indignis, ſed digniſsimis, Doctoratus Dignitatis gradus deferatur, cum aliàs indignis conferens dignitatem, puniendus ſit
49 in foro fori, & in foro poli, vt infra latè dicam, & habetur 36.Diſt.c.is qui Eccleſiaſticis,&.i.q.i.c.ſi quisEpiſcop. nihil.n. eſt quod Deo magis officiat, quàm quòd indigni aſſumantur ad dignitatem, vt extra de Elect.c.nihil, nam Dignitates ſecundum merita

ſunt

ſunt conferende,i.q.i.c. Clerici,& 12. q.2.c. vlterane, & facit tex.in.c. cum ſit ars, extra de ætat. & qual. & 13. Diſt.c.tales. Alioquin non debent cæteris præferri, qui nullis meritis à cæteris eximuntur, aliàs dicentur ſcan-
50 dalum; vt ead.i.q.i.c.hi quouſq; cum alijs, quæ dicã in ſecunda parte principali, de quiditate Doctoratus, ad quam deuenio.

IOAN. BERNARDINI MVSCATELLI .V. I.D. DE DOCTORATVS QVIDITATE, ET DIGNITATE.

PARS SECVNDA.

SVMMARIVM.

1 Doctoratus definitio.
2 Dignitas duplex natiua, & datiua.
3 Homo factus ad imaginē Dei quatenus.
4 Homo qualiter ad imaginem Dei.
5 Angelos quare magis ſimiles Deo.
6 Hic non tractatur de nobilitate ſupra natu. beatifica.
7 Dignitas ſupra natu. beatifica qualiter conferatur.
8 Deus quos præſumitur diligere magis.
9 Nobilitas ſupra naturalis theologica quæ.
10 Nobilitas naturalis politica quæ.
11 Hominem pluribus perſonis à Natura indutū.
12 Regna, Imperia, diuitias, in caſu ſita, temporibus gubernari.
13 Vere nobilis reſpectu virtutum quis dicatur.
14 Dignitas ex virtutibus deſcendens qualiter terminetur, & dignoſcatur:
15 Virtus quid ſit
16 Virtus quid de perſe
17 Qui in virtutibus prçexcellent
18 Virtutis præmia plurima
19 Pulchra declaratio circa hominis imaginem

20 Scien-

20 Scientia æquiparanda ſplendori firmamenti
21 Vera nobilitas natiua quæ
22 Viliſſimus, quis reputandus
23 Dignitates qualiter conferendæ
24 Dignitas datiua quæ
25 Electus à Principe cenſetur in dubio ob merita
26 Princeps eligendo indigum peccat, inferior punitur.
27 Notabilis differentia inter natiuam, & datiuam
28 Contra profeſſores ſeneſcentes
29 Natiua, & datiua differunt effectu
30 Doctoratus quod ſit dignitas an dubitandum
31 Doctoratū aſſequentes efficiunt magiſtri habitu
32 Doctores docentes publice ſcholares, in maiori reuerentia ſunt habendi
33 Doctoratus quòd ſit Dignitas ſuprema qualiter
34 Legalis ſcientia reſpectu ſubiecti ſuperat omnes, præter theologiam.
35 Iuſtitia perfectiſſima inter virtutes
36 Iuſtitiæ plures effectus
37 Doctor regulariter debet eſſe vtriuſque I. canonici, & ciuilis tunc. n. duplici reſpectu ſuperat
38 Quæ ſcientia reſpectu ſubiecti nobilior
39 Particulariter demonſtratur hanc ſcientiam alias ſuperare.
40 Diuus Hieronymus correptus ab Angelo
41 Moralis Philoſophia neq; maior ſcientia iſta
42 Quid incognitione nobilius
43 Lex noſtra qualiter utiliſſima, & maior omnib9.
44 Doctoratus dignitate nihil altius, qualiter, & ſuprema
45 Dignitatem hanc Princeps concedit
46 Dignitas hæc conceditur præſtatione īſigniorū
47 Inſignia, quæ ſint, & quid ſignificent.
48 Sollenmitates Collegii, an poſſint omitti, ibidē
49 Dignitas hæc, an in dubio præſumenda benè meri-

merito collata.

50 Doctori dicenti ità eſſe quare in dubio credēdū

51 Doctores, qui poſſunt licitè reprobari, & Doctoratus inſigniis priuari.

52 Tractatus de Doctoribus Petri Ienaud.

53 Doctor deponendus, vt ignarus qualiter.

54 Doctores facti curialium corruptela non ſunt Doctores.

55 Dignitates non eſſe emendas; nam tunc Reſpubli. dicetur periclitari.

SEcundo igitùr principalitèr videamus de quiditate Doctoratus, & eius Dignitate & licet res iſta eſſet altiori ſtudio tractanda, tamen vt vires ſuppetunt ita definiendū exiſtimo, vt Doctoratus

1 ſit Dignitas ſuprema, à Principe bene merito collata: Ad cuius definitionis declarationem, pro nunc dico, aliam eſſe Dignitatem natiuam, aliam

2 Datiuam; Dignitas natiua dicitur, quæ habet materiam præexiſtitentē virtutum, ac meritorum, ſufficiētem ac efficacem ad parendum veram

nobilitatem, ſeu Dignitatem; Datiua dicitur, quæ nõ ex materia præexiſtẽti, ſed aliorum auxilio confert nobilitatem, & Dignitatem, exemplo eorum, quæ dicunt Doctores noſtri de actione natiua, & datiua, in princ. tract. inſtit. de Action.& in aliis locis Et nè Prædicta alicui videantur extranea declaro; (Aduertant tamèn Doctiſsimi lectores quia dicẽda, ex ſuis propriis locis, & textibus, abſolutè conſiſtũt; nec alterius aũte producta). Dico itaq;, quòd Homo factus
3 ad imaginem, & ſimilitudinem Dei; quatenùs rationis particeps, eius præſtantia, & rationis habitu, non ſolum à brutis, ſed etiam inter ſimiles ſuæ ſpeciei differt; cum enim Dei imagi-
4 nem habere, ſit in iuſtitia, ſapientia, & virtute, eſſe perfectum .c. ſimilem de pe-

de penit. Diſt.2. quantò quis maiori virtute, iuſtitia, ac ſapientia, indutus fuerit, tantò magis, Deo aſsimilabitur, ac virtutum gratiam renitentem emictet, & eluxerit in eo diuinæ ope-
5 rationis effigies; vt de penit.ead. Diſt. 2.c.illa anima, &.c.ſapiens; Hincq; ſcimus, Angelos magis Deo ſimiles eſſe quia ſũt incorporei, & proptereà magis capaces naturæ diuinæ & naturalis rationis, vt de penit. ead. Diſt.2.c. principium, verſ.& licet,& glo.ibi,& tex.& glo.in.c.aduc.§. quomodo, de peni.Dict.3.& iuxta illud, minorauit ipsũ paulòminus ab Angelis, ad q̃ faciũt not.in Proœm. Cõſt. Regni; & ſe-
6 cũdũ prædicta ego nõ loquor de nobilitate ſupranaturali & beatifica, nam illa in hac vita haberi nõ põt,& conferetur iuxta maiorem vel mino-

rem charitatem ſubiectorum recipi-
7 entium, & facit ad hoc tex. in.c.charitas il. 5. depenit. Diſt. 2. Dico iuxta maiorem vel minorem charitatem ſubiectorum recipientium nobilitatem beatificam, in quibus ſcilicet adſit uoluntas perfecta charitate, vt 23.q.4.c. vaſis ire in princ. quamuis enim qui prædeſtinati ſunt ad gloriam, non ex meritis, ſed gratis prædeſtinati ſunt, iuxta illud. 1. Io. 2. in hoc enim apparuit gratia Dei in nobis nõ quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quia prior ipſe dilexit nos, & Magiſt. ſentẽn. lib. 1. Diſt. 41. c. ex his aperte, &. 1. q. 1. c. gratia, & facit tex. in. d. c. vaſis ire, ibi non meritos &c. attamen vti non datur adultis gratia, niſi faciant quod in ſe eſt, ſic gloria niſi his qui Dei gratia, ac bonis operibus, eam meruerint.

ete-

etenim ſecundum theologicam veritatem, nos vel merita bona Deo cõiungunt vel mala diſiungunt vt. 41.
8 Diſt.c.non loca, & ſemper preſumitur quòd Deus plus diligit ad præmium illos, quibus plus perfectionis eſt ut not. in.d.c. principium De penit. Diſt.2. & ex tex.in.c. 1. dereliq.& venerat. ſanctor.lib.6. vbi dicitur, Deum illos proſequi veriori præmiorũ retributione, quos digniores agnoſcit & commendat ingentior excellentia meritorum; & ibi notant Doctó. in Paradiſo adeſſe Dignitatum ordines, vt inquit tex.in.c.fi.89. Diſt. Sed per
9 prædicta ego loquor de nobilitate ſupra naturali theologica, quę conſiſtit in exercitio rationis hominis theologi, quæ eſt circa cognitionem reuelatã de Deo & Creatore, vt not. eod

titu.de penit.Diſt.2.c.quomodo quæ nobilitas eſt in Doctoribus theologicis,ad cuius nobilitatis ſeu Dignitatis ſimilitudinem, vt in Aut.vt Iud. ſine quoquo ſuffr.§. itaq; &.C.de off. Pref. pre.Afri.l.1. deſcendit inter nos nobilitas, q̃ dicetur naturalis politica.

10 Naturalis, quia etiàm in exercitio naturalis rationis cõſiſtit; politica, quia non abſolute circa Dei cognitionem vt ſacra theologia,ſed ex habitu rationis, & virtutum deſcendẽs, homines & Ciuitates gubernat, ac regit. Ad quod etiàm declarandum,ſciendum arbitror illud quod pulchre tradidit Cicero.d.lib.1.off. hominem ſcilicèt

11 pluribus quaſi perſonis à Natura fuiſſe indutum. Prima quæ omnibus eſt comunis, quia omnes participes ſumus rationis, præſtantieq; eius, qui-

bus

bus beſtiis antecellimus. Secunda nō comunis, ſed propria; & ſingulis tributa, vt ſunt diſsimilitudines in corporibus, vt de fortitudine, velocitate curſus, venuſtate, & pulchritudinæ, ſic etiàm in animis, de leporæ induſtria, hilaritate, & facetiis, & aliis, vt ibi per eum, qui affert verſutiam Solonis vt ſibi, & Reipub. prodeſſet, furere ſimulantis. Tertia quam caſus aliquis vel tempus imponit, vt ſunt diuitiæ,
12 & ex his, nobilitates, Regna, imperia, & his contraria, nam hæc in caſu ſita, temporibus gubernantur: Quarta & vltima eſt, quàm nos nobis met ipſis iudicio noſtro accomodamus; vt qui ſe ad Ius Ciuile, alii ad Philoſophiam, alii ad alias ſcientias, ſe applicant, ac dictarum ſcientiarum in alias, alius mauult excellere &c. Modò

ad rem noſtram,cõiungamus primã
& quartam, ſeù vltimam perſonam,
vt ſcilicet Homo ex habitu naturalis
rationis à brutis differens, ſi ſibi aptio
rem modum; quo melius naturalis
ratio ſeruari, ac exercitari poſsit, ele-
gerit, vt quia, vel ſe contulerit ad the
ologiam,vel ad ius ciuile, vel Philoſo
phiam, eloquentiam, ſeu medicinã
& in ea ad quam ſe accomodaue-
rit, excellere,aliis quę; præeſſe,& præ
dominari, diſcerniq; ſtuduerit, virtu
13 tem illam benè operando, Iſte verè
nobilis, atq; alios nobilitate, & Digni
tate antecellere dicatur; dico virtutẽ
illam benè operando, nam hæc no-
bilitas, ſeù dignitas, ex prædictis vir-
tutibus deſcendens,bonitate,& mali-
14 tia determinatur;& diſtĩguitur,Secũ-
dum philoſ. 1. ethic.& per Bar. in d.
l.1.

l. 1. C. de dignit. num. 57. virtus enim
15 eſt habitus mentis bonus ad benè beatèq; viuendū, vt not. in. l. Iuſtitia. ff. de iuſt. & iu. Nam aliàs cum omnes per participationē rationis primeuæ deſcendamus ex Adam, & Eua, omnes etiam eſſemus nobilitate pares, ſed ab aliis dignoſcimur, quò quis melius rationem illam benè operando virtuoſè vixerit, quod fiet, ſi in uitia, & ignorantiam, omnium malorū matrem non incidemus, vt per philoſ. 1. ethi. 4. preall. vndè, aliqui æduxerunt verſus.

Si Pater eſt Adam, ſi Mater cunctis, & Eua.
Cur, non omnes ſumus, nobilitate pares.
Degenerant animi vitijs, fiuntque minores.

Exal-

Exaltat virtus, nobilitatq; genus.

Igitur, cum quælibet ex prædictis virtutibus in genere ſuo habeat inſe coniunctam nobilitatem, & Dignitatem, eò magis nobilitatem, & Dignitatem conferent, quò magis quis eas fuerit aſſecutus, & adeptus; nam
16 virtus de perſe, eſt quoddam excelsũ & regale, inuictum, & infatigabile ſecũd. Senec. de vita beata ad Gallio. & iuxta illud Vergilii.

Hoc opus, hic labor eſt, pauci quos æquus Amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

Dijs geniti potuère, &c. Vt refert glo. de pen. Diſt. 2. c. citius in ver. Auguſtam. ac in virtute eſt vera fælicitas, ei enim omnia parent; per Saluſt. in Catell. circa princ. hæcq; eſt vera nobi-

17 nobilitas, & dignitas, vndè qui eas aſ ſequi deſiderant, quò in ea vigent in genio, & intellectu, eò aliis præexcel lent. ac nobiliores, & Digniores erũt. vigentes enim intellectu, naturalitèr dominantur, ſecundum Phil. & Tull. in. v. Parad. dixit, quòd omnes, qui ſci re videntur, tamquàm domini timẽ tur, facit tex. in. l. 2. C. de off. diu. Iud.

18 Hinc legimus, quos meritum nobiliſ ſimos fecit. l. prouidendum. C. de po ſtul. & non generis, ſed virtutum no bilitas, extra de preb. c. venerabilis, ac non loci, non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſq; gratiam ſibi com- parat; 40. Diſt. c. illud; & ſi propria vir tute decoratur, parentum opprobriis non dædecoratur, vt 56. Diſt. c. nun- quã de vitiis, ac Papinianus eò quòd fuit acutiſsimi ingenii, propterea an te ali-

te alios excellens.C.de fidei cōm.l.cū acutiſsimi, & Theophilus, & Deroteus, aliiq; iuris cōpilatores Illuſtres appellantur in Rub.ff. vet.cum ſimil. Atq; ſimilitudo quam habemus ex dicta Dignitate ſupra naturali, & theologica concludet hæc omnia, nam
19 ſicut ſecundum eam, homofactus ad imaginem Dei, ideſt, in ratione & intellectu, quantò magis ſtuduerit imaginem illam, illibatam ſeruare, ideſt, virtuosè in cunctis eius actionibus, operando ſecundum intellectum, & rationem in cognitione factoris viuere; tantò magis eluxerit in eo diuine operationis effigies, & erit ſicut pictura præcioſa, ab aliis differens, ad tex. & glo.in.d.c.quomodo, &.c.illa anima, depenit Diſt.2. & eluxerit ſicut ſtellæ cæli; vt in.c.ſicut ſtellas, 38. Diſt.

Diſt. Ità inquàm hii qui ex habitu na
turalis rationis virtutem aliquam ope
rantur, quò magis in ea ſuo ingenio,
& intellectu excellent, eò ab aliis dif
ferent, ac nobilitate, & dignitate præi
20 bunt, ſcientia enim facit, vt ſicut ſplē
dor firmamenti, ſuis radiis illuminat
totam terram, ita vir licteratus ſua ſci
entia illuminat mundum, vt in Aut.
Habita. C. ne filius pro patre & tex. in
d.c.1. de reliq. & ven. ſanct. in. 6. vbi
dicitur quod vir licteratus tanquàm
ſidus irradiat matutinum, ac propte-
rea etiam dicitur, quod vir ſcientia
præditus habet æternitatem, & per-
petuitatem, ſicut firmamentum, vt
in tex. in .c. ſuper ſpecula, extra de
mag. & Abb. ibi in. 2. not. & hæc eſt
21 vera nobilitas, ſeu dignitas, quæ dici-
tur natiua, quia habet materiam præ

exiſtentē virtutū, & meritorum aptā & ſufficientem ad producendum veram nobilitatem, & Dignitatem; cōpenſatur enim virtus cum Dignitate, vt.d.c. hi quousq;.1.q.1.&.c.ſeq.vbi.di
22 citur quòd viliſsimus reputandus eſt, niſi præcellat ſcientia, qui eſt honore præſtantior,& facit tex. in.l. nemo.C. de off.mag.offiic.& glo.pulcherrima in.c.vlterane 12.q. 2. in ver. locum, quæ dicit quod ſecundum maius meritum conferende ſunt Dignitntes,ac
23 virtutum præmia merentibus tribui conuenit.l. & virtutum.C. de ſtat. & imag.

Dignitas verò datiua, eſt quoties dignitas confertur indigno,& dicitur datiua, quia nō habet materiam præ
24 exiſtentem virtutum,ac meritorum, Sed tantum adminiculum beneficij

Prin-

Principis, ac ob id, ſicut actio datiua tanquàm imperfecta prolis non eſt apta, ſeù ſufficiens ad prȩſupponendũ obligationẽ, vt.d.princ. inſt.de actio. &.l.iurisgentiũ.§.ſed cum nulla.ff. de pact.ità iſta dignitas ſic data, nõ parit veram nobilitatem; ſed vti prolis im perfecta, tribuit quandam nobilitatẽ adminiculatam: licet.n.Rex, ſeù Prin-
25 ceps eligendo aliquem, & ei dignitatem conferendo, videatur ob ſingularem electi induſtriam, & virtutem elegiſſe, vt.ff de.offi. præf. prȩt. l. 1. §. credidit, & diſputare, an, à, Principe electus ſit dignus vel nè, ſit crimẽ ad inſtar ſacrilegii, vt in.l.2. C. de crim. ſacrileg. & in conſtit. Regn. Diſputa-
26 re, cũ ſimil. tamèn Princeps eligẽdo peccat; vt per Diuum Thom. 2. 2. q. 63. & inferior punitur vt ext. de elec.

c.ni-

c. nihil; & facit tex. in. c. miramur, 61. Diſt. vbi dicitur, quòd ſicut boni operis ſibi comparat fructum, qui elegerit rectum, ità graui ſemetipſum affecerit damno, qui ad ſuæ dignitatis Collegium, ſublimat in-
27 dignum: Adeſt autèm notabilis differentia inter Dignitatem natiuam; & datiuam, nam licet natiua dè per ſe, & quò ad ſui eſſentiam, ſit ſuprema, tamèn quò ad effectus ciuiles, quos Dignitas Datiua parit, ſcilicet Priuilegia, & alias prærogatiuas, Datiua ſuperat: vndè dixit Bart. in.d.l. 1. C. de digni. num. 93. quod ſi per mille annos quis viueret plenus omnibus virtutibus, & eum Princeps ſummè diligeret, ſemper eſſet plebeus, donec in eũ transfereretur aliqua Dignitas, ſeu nobilitas, perquam diſtin-

ſtinguatur à plebeis;ad q̃ facit tex. in l.3.§.tutor,iuncto tex.in.l.1.in.fi.ff.de ſuſp.tut.& in.l.fi.C.vt nemo priu. &
28 hoc poteſt adduci contra non nullos noſtri temporis, qui antè ſeneſcunt quàm gradum Doctoratus aſſumãt, & ſic deindè remanent indoctorati, & iſtorũ multitudo hodie eſt in cauſa, vt nequè Doctoribus Priuilegia, immunitates,& aliæ pręrogatiuę,obſeruentur: & ob id dixi Dignitatẽ natiuã eſſe aptam ad parendum veram nobilitatem, nam regularitèr habẽti natiuam,confertur datiua,& ità præſumendũ eſt in dubio,vt.d.l.1.§.credidit.ff.de offic. præf. præt.cũ aliis ſupra alleg.Datiua verò abſquè natiua
29 licet quò ad effectus ciuiles ſit ſuperior,vt diximus:tàmèn quò ad eſſentiã verę Dignitatis,non eſt dignitas pro-

pria ſed adminiculata.vt.1.q.1.c.viliſ
ſimus præall.

Ex hisque declaratur definitio, nã
30 dum dico, Doctoratus eſt Digni-
tas &c.Dignitas, ponitur loco gene-
neris,& quòd doctoratus ſit dignitas
iudicio meo ſuperfluè Doctores in
hoc probando laborarũt; erat enim
habendum pro abſolutisſimo, cùm
Doctoratus ex ſanctisſima ſcientia ſa
crarum legum deſcendat,quæ qua-
lem dignitatem,ea indutis tribuat,ex
ſuprà dictis longè demonſtrauimus;
tamẽn Bart.probat in Rubr.ff.vet. in.
l.1.nu.10.C.de nouo Cod. fac.in. l.fi.
C.de iude. in.l. ex eo.ff. de teſta. mil.
& in l.omnes.C.de Decur. & in præ-
dictis locis, perdicta iura,hoc euiden
tisſimè oſtendit, & eſt tex.in.c. quãto
extra de mag.per Affl.latè in cõſt.Cõ
ſtitu-

ſtitutione præſenti, nu .4. & licèt Bar. & aliqui alii voluerint reſtringere, in Doctoribns legentibns per text. in. l. vnica.C.de prof.qui in vrbe etc.tamẽ vt benè inquit Abb. in c. propoſuiſti num. 15.extra de prob. indiſtinctè intelligendum eſt, in omni doctore, vt etiam colligitur ex dictis Bart. in d. l. fi.C.de Iude.nã & ſi non omnes legãt conſequuntur tamèn poteſtatẽ legendi per Doctoratum, & efficiũtur, magiſtri ſaltèm habitu, vt ibi Abb. inquit

31 ad hocquè ego adduco verba quæ ſunt in priuilegiis Docto. dum in præfatione dicitur; *In eius ſcientia facũdia modoq; legendi*, &c. & hic præſupponitur quod ſit habilis ad legendum, & de hoc non dubitãdum; benè tamèn fateor, exiſtentes in exercitio legendi

32 & actu docẽdi publicè ſcholares, ma

iori dignitate fulgeri, & propterea maiori reuerentia & honore eſſe proſequendos, vti magiſtros, ex quorum peritia deindè, alii Doctores deſcendunt, vt in. d. c. ſuper ſpecula, extra de mag. & tex. in. d. l. vnica in fi. C. de prof. qui in vrbe; vt eſt hodie Dominus meus Excellens Iacobus Gallus primariam iuris ciuilis Cathedram publicè regens, ſtipēdiatus à Rege in in hac inclita Ciuitate Neap. ipſius patria, qui fuit magiſter meus, cuius virtutes, & merita non valeo in tā paruo libello, & temporis ſpatio connumerare.

Dico deindè Doctoratus eſt dignitas ſuprema, nàm pręter theologicam dignitatem, quę, cum ex ſcientia
33 deſcēdat quę tractat in ſpetie de Deo & Dei cognitione, & ſic ratione ſubiecti

cti eſt dignior omnibus aliis, vt per Abb.in.c.clerici num.3.extra de Iud. omnes aliȩ dignitates procedẽtes reſpectu ſcientiȩ & morũ sũt inferiores hac Dignitate, & nobilitate, quȩ ex-
34 ſcientia ſacrarum legum deſcẽdit, vt not.Bart. in. d. Rubrica. ff. vet. quod etiàm euidentisſima ratione oſtenditur, nàm hęc ſciẽtia, vt ſupràdiximus vltrà quod contineat etiàm ea, quȩ sũt de ſacra Theologia, vt not. in pri. inſt.de Iuſt.& iu.& in.l.iuſtitia.ff. eod. vbi glo.& de sũma Trin.& fide Catto.cum ſimil.tamèn particularitèr ratione ſui ſubiecti, & eius mandatorũ. *Honeſtè viuere, Alterum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere, &c.* alias ſuperat, & excellit:quid.n. eſt Lex, inter alias ſuas definitiones, quàm Diuinarum, & humanarum rerum notitia?

iuſti atque iniuſti ſcientia, & vt Celſus
definiuit, Ius eſt ars boni, & æqui cu-
ius meritò, quis nos ſacerdotes appel
let; iuſtitiam namque colimus, boni,
& æqui notitiam profitemur &c. vt
latè per Vlp. in d.l. 1. ff. de iuſt. & iu. Iu
ſtitia autem inter virtutes perfectisſi-
ma eſt, & Regina, vt in Aut. vt omnes
35 obed. iud. in pri. & §. 1. & non ſolum
apud fideles, ſed Ethnicos, & gentiles
obſeruata, inter bonos, & iniquos æ-
qualiter vim habet, vt per Tull. lib. 2.
off. nihilq; eſt in mundo boni, vel ma
li, quod iuſtitia non indigeat, & prop
terea nulla virtus laudatur, niſi quæ
coniunctā habeat iuſtitiā, vt d. Aut.
in princ. vnde Beatus Ambro. in exā.
dixit. ubi prudentia ibi interdum ma
litia, ubi fortitudo ibi iracundia, ubi tē
perantia ibi imperitia, vbi autē eſt
iuſti-

iuſtitia,ibi omniũ aliarum uirtutũ eſt cõcordia,eſt etenim cõſtitutio Diuina, & non humana, & fructus diuinus,vt 35.q.9.c.graue, & iuxta illud
36 iuſtitiam de Celo Deus &c. hæc nãq; maiores informat.ff.de admi.tut.l.cũ plures.§. cum tutor: & de tut. & cur. da.l.ſcire oportet.§. cũ reliquiis, Hæc cupiditates & nequitias refrenat. vt in Aut.vt iud.ſine quoquo.§.cognitio extra de elect.c: auaritiæ.Hæc docet pudicitiam,& compeſcit carnis petulãm,vt in Aut.quibus modis nat.§.no uimus. in tit. de adult. ff.& C. & extra de uita,& hon.cler.Hæc docet ſui ipſi⁹ fragilitatẽ cognoſcere,ut in Aut. ut omnes obed.iud. inprinc. Aut. de nup.inprinc.Hæc hortatur ad clemẽtiã& impietatẽ deteſtatur,ut in Rubricis Inſt.& ff.Ac huius ſacro ſanctæ ſci

entiæ demum finalis & potiſſima in tentio eſt, homines ad bonũ inuitare & ab illicitis deuiare, ne perdant animas, ut in Autentica ut non luxu. cõtra nat.§.ſin autèm.l.imperialis.C. de nupt.cum ſimil alleg. per Lucam de Penna in. l.neminem. C. de ſuſce. & arch.lib.10.& in Ru. C. de legatio eod.lib.& Io.Fab.in Proæmio inſt. Et eò maximè cùm hæc legalis ſcientia coniuncta eſt cum canonica, vt communiter eſſe ſolet, & debet; cum ap-
37 pelletur. Doctor. V.I. nàm tunc ex duplici uinculo ſubiectum huius ſcientiæ ſuperat, Primo ſecundũ ſubiectũ Iuris ciuilis, dirigẽs homines in bonũ ſecundum rationem; Secundo ſecundùm ſubiectum Iuris Canonici dirigẽs homines in bonum, ſecùndũ Deum, & ſacras regulas, vt not. in d.

Proæ-

Proœmio Dec.& ibi Abb. hoc dicit, & idē in.c.clerici,num.3. extra de iudi.Ac proindè quia quælibet ſcientia
38 eſt nobilior quantò ſubiectum eius eſt nobilius, vt not.in Aut. quomodo opor.Epiſ.&c.in pri.& Abb.in.d.c.clerici in pri.Ideo cōcludo omnes alias ſcientias, eſſe inferiores ſcientia iuris ciuilis,& canonici,pręter Theologiā;
39 Nam Grāmatica, & Dialectica ſunt neceſſarię pro principiis inſtructionis ad rectè loquendum,vt 37.Diſt.c. ſacerdotes,&.c.ſi quis in pri.& ſecundū Senecam non debemus eas diſcere ſed didiciſſe;vt per Ion. fabr. in verbo cupidè,inproœm.in ſ.Geometria, & Aritmetica,& muſica,habent veritatem,ſed non ſunt ſcientiæ pietatis. vt ead.Diſt. c. ſi quis artē & c. relatum, & legitur Diuum Hieronymum fuiſ-
ſe cor-

ſe correptum ab Angelo, eò quòd le-
40 gebat libros Ciceronis, vt ead. diſt. c
legimus, & non nè vobis videtur, in
vanitate ſenſus, & obſcuritate intelle-
ctus, & mentis ingredi, qui diebus
ac noctibus, in dialectica arte verſa-
tur, atquè torquetur, qui phiſicus præ
ſcrutator, oculos trans celos leuat, &
vltrà profundum terrarum, & abisſi
in quodam inane demergitur, qui iã
bum feruet, qui tantã metrorũ ſiluã
ſtudioſius in ſuo corde diſtinguit &c.
vt ead. Diſt. 37. c. nõ nè vobis: Sed ne
què moralis philoſophia maior eſt.
41 iſta, licet Vlp. in. d. l. 1. ff. de iuſt. & iur.
quaſi æquiperet, nam illa tractat de
moribus in genere, et in confuſo, at
hæc inſpetie, & in particulari, & pro
pterea notabilior, & nobilior, nã nota
42 bilius eſt id per ꝙ cognoſco te eſſe pe
trum

trũ quã id per quod cognoſco te eſſe hominem, vt pulchrè tradidit Abb. in.d.Proœmio Decret.nũ. 16. de Medicina nihil dico, cum eius ſubiectũ ſit homo ægrotus, vt per glo. & Abb. in.c.cęterum num.6. extra de iuramẽ. calum. Cæterùm omnis ſcientia, qua animorum vitia, vel mores non curãtur vana eſt, & proindè lex noſtra ad vitia deteſtanda, & mores componẽ
43 dos pręcipuè inducta, vtilisſima eſt, ac perfectisſima, aliisquè omnibus maior, & excellentior extimanda; & ob id dixi. Dignitas ſuprema, ad differentiam aliarum dignitatum deſcendentium reſpectu ſcientiæ & morũ, tantò. n. quis melior, & nobilior eſt quãtò melioribus, & nobiliorib⁹ pręeſt; vt in Aut. de defens. Ciuit. in prin. & Affl. dixit in proœmio ſui tract. de

iure

iure prothom. Doctorali Dignitate,
44 nihil altius, per tex. in l. 1. C. de conſul. libro. 12. & ad hoc ego adduco verba quæ apponuntur in priuilegiis Docto. dum dicitur. *Et ſupremi Doctoratus cellꝛberimam Dignitatem dignè ſcandere promeretur &c.* Ex quibus, & demùm ex hoc, dico Dignitatem hanc eſſe ſupremam, nàm ſubiectum tale habet, in quo tantũ poteſt cadere ſuprema Dignitas, namquè Senatores hodiè, qui ſunt, niſi propter peritiam huius ſacræ ſcientiæ benè meriti, dico Regentes Regiam Cancellariam, Conſiliarii à laterè, qui ſunt loco Senatorum primitùs, & habent eam pleniſſimam iuriſdictionem, quam ipſe Princeps. l. humanum, C. de leg. & faciunt idem tribunal. c. romana de app. in. 6. & equiperan-

perantur Principi.l.1,§.de qua autèm ff.de poſt.habentquè eandem dignitatem quam Princeps.l.ius Senatorũ C.de dignit lib.12.&.l.quiſquis.C. ad leg. Iul. mai. cum ſimil. quæ dicam in tertia parte Principali. &c.

Tertio Dico à Principe &c.nam Princeps eſt qui concedit, mediànte
45 approbatione Magni Cancellarii, & conſpirànte conſenſu curialium de Collegio vt. d. l. magiſtros. C. de prof.& med.per pręſtationẽ inſigniorum,mediantibus quibuſdã ſollemnitatibus, quę adibentur per aliquos ex
46 curialibus in promotores,& compromotores electos,quę inſignia quot,& quę ſint,& quid ſignificẽt,& an dictæ ſollemnitates poſſint õmicti per Col
47 legium, vide Lucam de Penna in. l. vnica.C.de profeſ.qui in vrbe &c. in

d.l.magiſtros. C. de prof. & med. lib. 10.& hodiè Sereniſſimus REX PHILIPPVS pro cōferēda hac dignitate dedit Vicē ſuę perſonæ Illuſtriſſimo Dō Cęſari de Auolos Magno Regni Cācellario;Curiales verò Collegii sūt Doctores antiquiores ciues Neapolitani numero quatuordecim ordinarii.Vltimò dico benemerito conferēda, nam regulariter, & in dubio ità
48 pręſumendum eſt Principem hanc Dignitatem benè merito contuliſſe vt. d.l.1.§. credidit.ff. de officio pref. pret.l.2.C.de crim.ſacri.in Aut. ut iudices ſinè quoquo ſuffr.§.eos autèm, vers.qui.n.l.2.col.pen.ff. de orig. iu.l. & virtutū.C.deſtat. & imag.in Clem. cupientes in princ.de pen.& per Afll. in Cōſtitutione nihil veterum.3.not. nam aliàs fit iniuria dignitati, cum indi-

indigno confertur, in Aut. de ſancti. epis.§. ſed hęc quidem; & ignominię loco,apud indignum eſt dignitas; cũ aliis aleg.per Lucam depen. in Rubrica.C.de dignit,lib. 11. & ideò dicitur in Priuilegiis, Doctorum in Decreto Curialium Collegii. *Nos autem conſideratis ſcientia, moribus, & virtutibus, quibus T. &c. Ideo ipſum tanquam benemeritum, atquè dignum ad habendũ culmen,apicem,honorem,ac Dignitatem &c.* Ac propterea dicitur eſſe credendum Doctori dicenti ità eſſe, vt per
49 Bald. in.l. de quibus.ff. de leg. per Alex.latè in add.ad Bart.in. l. 1. num. 14.C.de dignit.Bart.in l.in bonorum. ff.de bon.poſſ. Caueant igitur Doctorati ſiue Doctorandi,ne Princeps cõfiſus de ipſorum peritia,dignitatem tribuat,ac deindè Reipubl.regimẽ,iuxta pro-

xta promiſsũ in.§.fi.inſt.in Proœmio inſufficientes reperti, & imperiti aliòs lædentes non ſolùm teneantur inforo animę, vt per Cin. & Petr. in Aut. hodie.C. de Iud. per Abb. in c.ad aures num.3.extra.de ętate & qualit.& per eund. in. c. paſtoralis. §. quia verò, de officio deleg. Sed etiã in foro fori, vt ſuprà diximus; immò
50 poſſunt licitè reprobari, & Doctoratus inſigniis priuari, vt tenet Abb. in. c.cùm ſecundùm num. 12. extra de præb.per tex.in.d·l.gramaticos. C. de prof.& med.& in.l.vt gradatim.§.reprobari ff.de mun.& hono.& Bart.in. d.iuribus,& in .l.ſed& reprobari.ff. de excus. tut. vbi Nicolaus de Neapoli refert,quòd quidã Epiſcopus Capuanus faciebat examinari Doctores reuertẽtes ex ſtudio,& ſi erãt inſufficiẽtes

tes lacerabat eis Priuilegium, & idē
51 refert Petrus Ienau. in ſuo tractatu de
Doctoribus, quem ego nuper vidi
& inueni in aliquibus mecum concordantem, ipſe verò procedit per
quæſtiones & concluſiones diſputando latius non nulla extrauagantia; at mea intentio tantum fuit, breuitèr tractare de eſſentia Doctoratus, & eius Dignitatis, & ad prædicta facit tex. & quod ibi not. Abb.
in.c.fi.de æta.& qual. Vbi Epiſcopus
propter non ſufficientiam Doctrinę
deponitur ab epiſcopatu, & ibidèm
dicit qualiter teſtes ſint depoſituri,
vt aliquis deponatur vt ignarus, vt
52 ſcilicet teſtes dicant, quòd nũquam
viderunt eum leggere libros profeſſionis; neq; intrare ſcholas, & Doctorem audire, vt ſunt multi qui Neapo

li doctorantur, & tamen non ſolum quinquennium in ſtudio non compleriint, vt eſt debitum, ſed neq; annum, & in illo anno, nõ ſolũ Doctores non audierũt: ſed neq; ianuam ſtudii viderunt, verum onerati multitudine librorum, quos nunquàm legerunt, huius dignitatis contemptores gradum aſſumunt; & quomòdo, qui minimè literis operam dedit præceptor eſſe poterit? 59. Diſt. c.fi. cum aliis alleg. per Lucã de Pen. in d.l.1.C.de Atle.hocq; totum, ex quo nõ reſpicitur, quæ pernicies Reipub. tribuatur, nam vt inquit Abb.in.d.c. cum ſecundum num. 12. pluries alleg. hi deindè ex præſumptione gradus ad publica officia aſſumuntur, & propter imperitiam multos lædũt Sciant tamèn tàm promoti, quàm

hoc

hoc modo promouentes, quòd vltra debitam penam in foro fori & in foro poli, vt ſupra ſtatutã, promoti ſpecialitèr non debẽt gaudere priuilegiis Doctorum vt per Archi. in.c. de quibusdam 37.Diſt. refert Abb. in.d.c. clerici, extra de Iudi. in Add. & Bart.in.l.athlecte in prin. ff. de.exſcu.tut:dicit quod effecti Doctores p
53 corruptelam curialium, nõ ſunt Doctores,& ità probat tex.in.l.vnica. C. de athle.lib.10.& in.l. 1. C. de anno. ciui.lib.11.in quibus iuribus habetur dignitates eſſe concedendas, ſecundum maiora merita, nam non ſunt emendę,vt per tex.& glo.in.c. ſancimus.1.q.7.ſed is gradus cęteros antecellat,quem ſtipendia meliora, & labor prolixior fecerit anteire, vt d. l. nemo.C.de offi.mag.off.& qui legi-

IOANNIS BERNARDINI MVSCATELLI V. I. D.

TERTIA, ET VLTIMA PARS DE DOCTORATVS DECORE, ET AVCTORITATE.

SVMMARIVM.

1 Decorum generale, & particulare quid
2 Decorum quam approbationem faciat
3 Decori obſeruantiæ potiſſimè ſtudendũ
4 Decori obſeruantia Dignitatem conſeruat, ac auget
5 Clerici quarè ſic dicuntur
6 Clerici dicuntur ſerui Dei, & Portio Dei
7 Clericorum operæ coram Deo, & hominibus elucere debent
8 Clerici in ipſorum vita quam honeſtatem habere debent
9 Doctores æquiperantur Clericis
10 Doctores excellere oportere moribus prius deindè facundia
11 In Doctore inter alia ſex requiruntur
12 Doctoratus hodiè contemptibilis
13 Prætor quarè non omnes permiſit poſtulare
14 Doctores debent ſeruare decorum in dictis, & factis
15 Doctor non debet eſſe verboſus, & allegans multa inutiliter
16 Dictorum virtus quando perditur
17 Verba compoſita requiruntur in Doctore
18 Doctor debet cautè loqui

19 Doctor in reprehenſibilis eſſe debet
20 Doctor ſemper loquetur cum ratione; quia legem profitetur.
21 Decorum infactis qualitèr
22 Victus, & cultus corporis ad valetudinem, & non ad voluptatem
23 Natura ad quæ magis nos procreauit
24 Appetitus debet parere rationi
25 Animus iratus non accedet ad pœnam
26 Doctor qualiter ſeruet Decorũ in cognoſcẽdo
27 Idem qualitèr in audiendo Aduocatos
28 Idem qualitèr in judicando
29 Idem qualitèr in recipiendo xenia
30 Corporis incompoſitio quid denotet
31 Veſtes viles, an faciant Vileſcere Dignitatem
32 Cauſæ editionis Pramg. Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi de gran Vela circa Doctores togam non ferentes
33 Doctoribus qualitèr prohibetur mercia exercere, & aliis turpibus intendere.
34 Si quid deceat vel dedeceat in quibus magis cernemus
35 Antiquorum Romanorum Magiſtratuum mores, & ſcientiæ quomodo hodie repreſententur.
36 Inuictiſſ. REX. PHILIPPVS ab Auſtria à Deo ad Regna electus
37 Ipſe Rex eſt ſummus magiſtratus
38 Rex quare creauit alios magiſtratus
39 Regis voluntas per magiſtratus mandatur exequutioni
40 Magiſtratibus quid Dignitatis, & poteſtatis ipſe Rex contulit
41 Vice Rex mittitur in hoc Regnum habens exercitium totius Regiæ Iuriſd.
42 Vice Rex quis hodie, & quibus ex Romanis æ-

qui

quiperandus

43 Idem quare dicitur Pro Rex

44 Quare Locumtenens

45 Quare Capitaneus generalis

46 Vice Regi dantur multi magiſtratus

47 Conſiliarii à latere Regentes Regiam Cancellariam qui hodie

48 Prædicti Regentes quibus æquiparentur.

49 Rex connumeratur in ipſorum numero

50 Iniuriæ factæ in perſonam ipſorum cenſentur in perſonam Regis

51 Conſiliarii à latere non Doctores, qui vocantur belli, ſeu ſtatus, qui hodie

52 Conſiliarii prædicti quibus æquiperandi

53 Quarè omnes ante enumerati dicūtur à latere

54 Conſiliarii S.C. & Præſidens. S. C. & Viceprotho. qui hodiè

55 Prædicti omnes quibus aſſimilandi

56 Differentia inter dictos, & illos à latere

57 Magnus Cāmerarius quis, & qui hodie, & cui, æquiperandus

58 Magnus Cammerarius facit tribunal ſeparatū quod vocatur Regia Cammera Summariæ

59 Præſidentes Regiæ Cammeræ, qui hodiè & quibus æquiperentur

60 Aduocatus fiſcalis dictæ Regiæ Cammeræ qui hodiè, & cui æquiperetur

61 Magnus Iuſtitiarius Regni quis, & qui hodiè, & cui æquiperandus

62 Quot Iudices prædicto dentur, & prędicti iudices quibus æquiparandi

63 Locumtenens Magni Iuſt. eſt Regens Magnæ Curiæ, qui cum dictis Iudicibus facit Magnam Curiam

64 Magna Curia quarè Sic dicitur

65 Magna Curia quando cognoſcit contra omnes

66 Aduocatus fiſcalis Magnæ Curiæ quis, & qui hodie
67 Magnus Cãcellarius Regni, & eius Vicesgerẽs
68 Prò Reges prouinciarũ quibus æquiperentur

TErtiò itàq; principalitèr, & vltimò prònunc, videndũ erit de Decore ipſius Doctoratus & eius Auctoritate; eſt autẽ Decorum ſecundum Tull.lib.primo off.omne, id,quod conſentaneum ſit hominis excellentię, in eo,inquo,Natura eius à reliquis animantibus differat;& hoc generale eſt Decorum. At particulare ſic definit, quod ità Naturę conſentaneum ſit, vt in eo moderatio,& temperantia appareat,cũ ſpecie quadam liberali. Omne tamen Decorum, habet in ſe coniunctã virtutem,ſicut corporis pulchritudo valetudinem, à qua ſecerni non poteſt, vndè ſicut pulchritudo corporis apta

com-

compoſitione membrorum mouet oculos atquè delectat, hoc ipſo quòd omnes partes inter ſe cum quodã lepore conſenſiunt, ſic Decorum mouet approbationẽ dictorũ, ſeù facto-
2 rũ omniũ, quæ ordinẽ, conſtantia, ac moderatione dicimus, àut facimus, ac ideò non ſolùm in actibus corporis, ſed multò magis in animi motibus conſiſtit: obſeruantiæ igitur huius
3 Decori potisſimùm ſtudendum eſt, ne ſecundum eund. Tull. eod. loco, Scenici pluſquàm nos, videantur habere prudentiæ, illi.n. ſibi accomodatisſimas eligunt fabulas, & qui voce freti ſunt, Epigomes, Medeamq;, qui geſtu Melippam &c. At nos, ſi neceſſitas impulerit ad eas res ad quas apti non ſumus, omnino curemus, vt eas ſi non decorè, ſaltim, quàm minimum

mum indecorè faciamus, & obſer-
4 uemus; Decoris etenim obſeruantia Dignitatem conſeruat, ac tuetur, vt elegantèr Vlpi. in d. l. 1. ff. de poſt. ait in hæc verba: *Hunc titulũ propoſuit Prætor habẽdæ rationis cauſa ſueq; Dignitatis tuendæ, ac Decoris cauſa, ne ſine delectu paſſim apud ſe poſtuletur, &c.* Et Caliſtratus Iuris Conſ. in l. obſeruandum. ff. de officio præſ. ait. *Obſeruandum eſt ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem ſe præbeat; ſed contemni non patiatur, vndè mandatis adijcitur, ne Præſides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem Prouinciales admittant: nam ex conuerſatione æquali contemptio Dignitatis naſcitur.* Et legis lator in Conſtitutione Regni vt Dignitatum dixit, *æquum eſt n. eum militiæ Decore priuari, qui militiæ Digni*

tatis

tatis cuiuslibet fundamentum, Pudicitiæ neſcius & pudoris ignar⁹ dedecore tẽtauerit. Et non nulla alia ad propoſitum adduci poſſent quæ in iure noſtro habentur; Sciant itaque Doctorati, & Doctorandi quòd ſicut Sacerdotes, & Clerici, cum ſint de ſorte Domini, & in ſortem, à, Domino

5 Vocati, dicuntur enim à. Cleros græcæ, Latinè, ſors, vt in.c. duo ſunt, & in.c. clericus. 12.q 1. & ideo aliquã do vocantur Angeli aliquando Dii. iux.illud, vos Dii eſtis, vt in.c. ſacerdotibus 11.q.1.& 12.q.1.c. futurã cum ſint ſerui Dei, & diuinis preſint, vt d.c. clericus. debet eſſe mũdi, & puri ſicut

6 Deus, ſicut Angeli; cui.n. Deus portio eſt, nil aliud curare debet quàm Deũ vt in.c. cui portio. 12.q.1 ac etiã cum ſint præpoſiti ad cultum diuinum, po-

pu-

pulisquè ſubminiſtrãdum Diuina, vt. 7. q. 1. c. paſtoralis, & de cõſec. Diſt. 3. per totam; operæ ipſorum non ſolũ
7 coram Deo, sed coràm hominibus elucere debent, iuxta dictum Apoſt. nèquis occaſionem malè viuendi accipiat, vt in c. nolo, & in c. exemplum, 12. q. 1. Ideò inquam dicti Clerici debent habere in ipſorũ vita maximam honeſtatẽ, vt extrà de vita & honeſt. Clerico. per totum, quæ quidèm ho-
8 neſtas dupliciter cõſideratur, Primò reſpectu eorũm, quæ ſunt dotes animi, vt ſcientia, & boni mores, vt. 77. Diſt. c. ſi quis, & per totam, & de vita & hon. Cle. c. vt quiſque, & 23. Diſt. c. tales & 40. Diſt. in ſumma cum ſimil. Secundò reſpectu motuum, ac actuum corporis, vt in omnibus eorum geſtibus, ac actibus, decorum gradui, & di-

& dignitati conueniens, ab ipſis ſerue tur, vt. d. titulo de vita & honeſt. per totum, & d. Diſt. 40. in princ. & 41. cum aliis: & ſpecialitèr Primò circa modũ colendi diuina, vt in. c. 1. 2. & 3. eod. tit. de vita & honeſt. Secundò circa honeſtatem, & decorem mem brorum, corporis, vt in. c. ſi quis, cum duobus ſeq. eod. titulo, & ſpecialitèr in. c. clericis. Tertiò circa habitus, veſti tus, aliosquè ipſorum actus extrinſe- cos, comedendi, bibendi, iocandi, & ſimilia, vt in. c. ab omni, & in. c. vt cle- ricorũ, & in toto diſcurſu tituli prę- dicti: Sic itaquè Doctores cum tan-
9 quàm Sacerdotes ſint habendi, vt. d. l. 1. ff. de iuſtitia, & iur. atquè à Deo electi ad erudiendum alios in iuſti- tia, vt. d. c. ſuper ſpecula, extra de ma gi. omnis enim ſcientia à Deo. 16. q.

1. c.

1. c. reuertimini, & cum tanquam Solis radii eluceant, de penit. Diſt. 2. c. multi, & de reliq. & ven. Sancto. c. 1. in 6. ipſi prius debēt fulgere moribus, qui ad alios corrigendum ſunt prępoſiti, vt. 3. q. 7. c. iudicet, &. c. in grauibus cum ſeq. & 12. q. 1. c. nolo, & facit tex. in. l. ſi vxor §. iudex, ff. de adult. & tex. in c. indecorum extra de ætat. & qual. & propterea Imperator dixit in d. l. magiſtros. C. de prof. & med. lib.
10 X. Doctores excellere oportere moribus prius, deinde facundia, & ibi dixit Bart. ob morum defectum poſſe reprobari, ſunt. n. boni mores suprà omnes ſcientias adamandi. ut ſuprà dixi ex. l. ſcire oportet. §. cum reliquis. ff. de tut, & cur. dat ab his. &c. & facit tex in. c. nos qui. 40. Diſt. Vndè Abb. in. c. propoſuiſti nũ. 14. extra de prob.

dixit

dixit quòd ſex requiruntur in Docto-
11 re, Primò peritia docendi, Secundò facundia dicendi, Tertio ſubtilitas interpretandi, Quartò copia dicendi, ſeu dictorum, Quintò morum excellentia, Sextò virtus fortitudinis, vt ſciant reſiſtere aduerſus vim fortunæ, vt prædicta omnia probãtur in. d. l. vnica. C. de profeſſ. qui in vrbe &c. & in. d. l. magiſtros, & in. l. reddatur. C. de profeſſ. & med. & ideo refert. Bart. poſt. Cin. dixiſſe in. l. omnes populi ff. de iuſtit. & iu. quòd propterea pauci hodiè attingent Dignitatẽ Doctoratus dignè, alibi etiam idẽ Abb. dixit in. c. 1. extra de priuil. & exceſſ. per illũ tex. & tex. in. c. legimus. 93. Diſt. quòd
12 hodiè in Italia Doctoratus eſt contẽptibilis, quia omnes paſſim ad illum promouentur, omne. n. rarum plus

appe-

appetitur.d.c. legimus, & multitudò
numeroſa nihil habet honeſtum, quo
niàm in paucis ex multis vita ſalua-
tur, quæ ſecundum virtutem eſt, vt in
Aut.de refer.in fi.idquè etiàm optimè
comprobatur ex verbis. Vlp.in.d.l. 1.
ff.de poſtu.dum dixit.illud ędictum,
Prętorem propoſuiſſe habendæ ratio
nis cauſa, Dignitatiſquè tuēdę, ac De-
coris cauſa, ne paſſim ſinè delectu,
ideſt, indiſtinctè apud ſe poſtulètur,
13 igitùr non omnibus Prętor permiſit
poſtulare, ne cōtemptibilis fieret eius
Dignitas, ac vt Decor ſerueretur. Ad
ſimilitudinem itaquè Clericorū, Do-
ctores vltrà Dotes animi, ſcilicèt Pru-
dentiàm, Temperantiam. Fortitudi-
nem aduerſus vim fortunæ, Fidèlita-
tem, Æquitatē, Congruentiā, de qui-
bus, & aliis, diximus ſuprà in prima
parte

parte,ex.l.illicitas,ex.l. congruit, ex. l. obſeruandum.ff.de officio præſid. cũ ſimil, & latè per Afflin Conſt. vt Vniuerſis num.48.& per eund.in d.Cõſt. Aduocatos.&c.debent etiàm corporis decore fulgere,in eorum dictis, & geſtibus;in dictis,nàm Primò debent
14 eſſe breuiloqui, & non ſuperflui,cum ſuperflui ingerant difficultatem, vt per tex. & glo.in Proœmio Decretalium, & ibi Abb. allegans gloſam in.c. cum non ſit ars. extra de ætat. & qual.redarguentem Doctores allegã
15 tes multa inutilitèr,& tex.in.l.2.§.contrarium.C. de vet.iu. enu. vbi dicitur quod melius eſt pauca effundere,quã in multis in utilib9 partes pergrauare & facit tex.in d. Aut. de refer. in fi. & glo.in.l.ex cauſa. ff.de poſt. per illum tex.dixit.Aduocatum verboſum poſ-

ſe repelli,& facit tex.in c. ſit rector. §. prouidēdum .43.Diſt.vbi ſic dicitur Prouidendum quoquè eſt ſollicita in tentione Rectoribus,vt ab eis non ſo lum praua nullo modo, Sed nec recta quidèm,nimis,& inordinatè pro ferantur, quia ſæpè dictorum virtus
16 perditur, cum apud corda audientiũ incauta oportunitate leuigatur &c. Secundò in dictis debent eſſe graues vt.1.q.1. c. eſtote. in fi.iux. illud fauus
17 mellis verba cōpoſita, & facit tex.8. q.1.c.licet,& tex.in d. c.1. de reliq. & ven.ſanct.vbi dicitur,quod verba Do ctorũ debēt eſſe profunda,decora, atquè elengantia, Tertiò vt ſint cauti,
18 ne proferant tacenda, & dicenda taceant,nàm ſicùt incauta loquutio in errorem protrahit, ità indiſcretum ſilentium,eos, qui erudiri poterant in erro-

errore derelinquit, vt.d. c. ſit Rector, in princ. 43. Diſt. Quartò vt ſe ipſos & verba ipſorum, ſecundum audientium capacitatem, & ingeniũ aptent,
19 vt.8.q.1. c. oportet. Quintò vt ſint in reprehenſibiles, maturi, pauidi.i.timẽtes errare vt.d.c.oportet.& glo.ibi, & faciunt notata per Affl.in d. Conſtitutione Aduocatos, & glo. ſingul. quę eſt videnda in præfa.Proęm. Decret. Seſtò demùm, nihil debent ore proferre, cuius probabilem rationem nõ
20 poſſint reddere, ut per Tull. in d. pri. lib.off.legem.n. profitentur, quã ratio comprobat, vt in c. conſuetudo, & in c. erit autèm.1. & 4.Diſt.Bart.in.l.cũ mulier in prin.ff.ſolut.matri. & Abb. in.c.cum ad audi.extra de decim.Dinus in.c.fi.de reg.iu.lib.6.Iſern.in proæmio Conſt.vbi dixit legis ſubſtantiã

eſſe rationem, &hæc in dictis &c.
In factis verò, & geſtibus debent ſeruare Decorũ, vt ſcilicèt ſtatus, inceſ
21 ſus, ſeſſio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus, veſtitus, omniſquè demùm corporis actio, ſuum ſeruet decorum; in quibus omnibus, duo ſunt maximè fugienda, primum ne quid effeminatum aut molle. Secundũ ne quid durum, aut ruſticum ſit, nequè ſe ſubmiſſum, & abiectum, nequè efferentem oſtendere, nec tarditatibus in ingreſſu vti mollioribus, vt ſimiles pomparum ferculis eſſe videamur, aut in feſtinationibus ſuſcipere nimias celeritates, ſed omnis actio cum conueniẽtia reducatur ad finem, ne Hiſtrio hoc videat in ſcena, quod non vidit Sapiens in vita. vt in d. primo lib. off. per Tull. plura de virtu-

virtute Decori afferentem, vbi ſimiliter dicit, in veſtitu optimam mediocritatem ſeruandam; ac victus, & cul-
22 tus corporis, ad valetudinem, & vires referri, & non ad voluptatem; ſimilitèr de ioco, & voluptate, vt ſcilicèt ad prædicta nos cõferamus, poſtquã rebus grauibus, ſeriisquè ſatisfecerimus, & tunc ipſum genus iocandi, nõ profuſum, nec immodeſtum, ne nimis omnia profundamus, elatiquè in voluptate, in aliquam turpitudinẽ delabamur, Sed ingenuum, & facetũ eſſe; vt enim pueris non omnem licẽtiam ludendi damus, ſed eã, quæ ab honeſtatis rationibus, non ſit aliena, ſic in ipſo ioco, aliquid probi ingenii lumẽ eluceat; nos etenim Natura, nõ
23 ad ludos generauit, ſed ad ſeueritatẽ potius, & ad quædã ſtudia grauiora;

ac proindè corporis voluptatem nõ eſſe dignam hominis præſtantia;ad quæ faciunt tex.in l.2.in.fi.ff. de aleat. in.l.hac actione.§.in collučtatione. ff. ad leg.Aqui.l. 1.§.denique.ff. de poſt. cũ ſimil,& extra de cle.venat. c. 1.in. glo.voluptate,&c.& 34.Diſt c. 1. De-
24 mùm dicit eſſe efficiendum,vt appetitus pareant rationi,eãquè,neq; præcurrent,nec propter pigritiã, aut ignauiam deſerant,vt ſic tranquilli omni animi paſſione, & perturbatione careant, ex quo elucebit omnis conſtãtia,omniſquè moderatio;nam appetitus, qui longius euagantur, & tanquàm exultantes,ſiuè cupiendo, ſiuè fugiendo,non ſatis à ratione retinentur, hi ſine dubio finem, ac modum tranſeunt: relinquunt. n. ac abiiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui
ſunt

ſunt ſubiecti lege Naturæ, & ab iis plerunquè non modò animi perturbantur, ſed etiàm corpora; licet. n. videre ora ipſa iratorum, aut eorũ, qui aut metu, aut libidine commoti ſunt, aut voluptate nimia geſtiunt, quorù omnium vultus, voces, motus, actuſq; mutantur; & ob id Cicero dixit in eod. loco. quòd nunquam iratus ani-
25 mus accedat ad pœnam, quia ſeruare non poterit mediocritatem, quæ eſt inter nimium & parum: ſimilià de prædictis in noſtris legibus habemus, & primò in d. l. obſeruandum. ff. de off. præſid. dicitur. *Sed in cognoſcendo nequè excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat, nequè prȩcibus calamitoſorũ illacrimari oportet, id. n. non eſt conſtan-*
26 *tis, & recti Iudicis, cuius animi motus vultus detegit, & sũmatim ità ius reddi*

debet. ut Auctoritatem Dignitatis ſuo in
genio augeat &c. Ad idẽ in l.necquic-
quam.§.circa aduocatos. ff. eod. vbi
dicitur. *Circa Aduocatos patientem eſſe*
Proconſulem oportet. Sed cum ingenio; ne
contemptibilis videatur, nec adeò diſſi-
mulare ſi quos cauſſarum cõcinatores, uel
redemptores deprehendat eos ſolos pati
27 *&c.*:& tex.86.Diſt.c.quando,vbi dici
tur. *Ne apud eos, quos oportet eſſe ſubie-*
ctos, dũ nimiũ ſeruatur humilitas, regẽdi
frãgatur Auctoritas. Sic Imp.in. l. quis
quis.C.de poſtu.dum (contra Docto
res qui pecunia ſuffulti poſtulant) ait
in verſi.nam ſi lucro &c. *Nam ſi lucro*
pecuniaue capiantur, vèl abiecti, atq; de
generes inter viliſsimos numerabuntur
&c. Similiter Martianus in .l.reſpiciẽ
dum. ff. depen dixit. *Reſpiciendum eſt*
Iudicanti, ne quid durius, aut remiſſius
con-

cõſtituatur quàm cauſſa depoſcit, nec. n.
28 *aut ſeueritatis, aut Clementiæ gloria affectanda eſt. ſed perpenſo Iudicio prout, quæquè res expoſtulat, ſtatuendum eſt planè in lenioribus cauſſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debẽt, in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo tẽperamento benignitatis ſubſequi. &c.* quod idem ſequitur Vlp. in l. hodiè. ff. eod. tit. Ad id etiàm poteſt adduci, ꝙ Vlp. ait. in. l. ſolet, verſ. non verò. ff. de off. proconſ. dum loquitur de modo recipiendi Xenia. *Non veró in totũ Xeniis abſtinere debebit Proconſul, ſed modum adiicere. vt neq; moroſum in totum abſtineat, neque auarè modum Xeniorum excedat, vt prouer. epiſt.* Diui
29 *Seueri, & Anto. Imp. ut Valde in humanum ſit à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum, & omnia auariſſimum. &c.*

Sic

Sic etiàm in inceſſu, vt ſint graues, &
30 itineris grauitàte, mẽtis grauitatẽ oſtẽ
dant, incompoſitio.n.corporis, vt ait
Auguſt. inæqualitatẽ indicat mentis;
vt.41.Diſt.c.vltimò. & ibi glo. refert
exemplum Catelinæ, qui propter va-
rium inceſſum fuit notatus à Saluſtio
Ac in ueſtibus, vt iuxta gradus conſu-
etudinem induantur, non vilibus, ne-
q; laceratis, cùm veſtes viles faciãt vi-
31 leſcere Dignitatem, vt ead.Diſt.c.par
ſimoniam, & in ſumma, vbi dicitur,
ꝙ nec affectatæ ſordes, nec exquiſitę
delitiæ laudes pariunt; &c.quod cum
de veſtibus, idem de cibis intelligen-
dũ eſt; & facit tex.&glo.& ibi.Abb.in.
